

Pharmacopoeias
London 1826

Half-title wanting

Different ed from
40863/A/1
Signatures in bottom
right hand corner
Larger figures in
pagination

A Jaques.

PHARMACOPŒIA

COLLEGII REGALIS

MEDICORUM

LONDINENSIS.

M.DCCC.XXIV.

Londini:

VENEUNT APUD LONGMAN, HURST, REES,
ORME, BROWN, ET GREEN,
PATERNOSTER-ROW.

1824.


WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY

SACRÆ MAJESTATI

SERENISSIMI CELSISSIMIQUE

PRINCIPIS

GEORGII QUARTI,

DEI GRATIA,

BRITANNIARUM REGIS,

FIDEI DEFENSORIS,

REGIS HANOVERÆ,

AC BRUNSVICI ET LUNENBURGI DUCIS,

HOC OPUS,

ITERUM RECOGNITUM AC RETRACTATUM,

SUMMO CUM STUDIO ET REVERENTIA,

IN MANUS ET CLIENTELAM TRADIT

COLLEGIUM MEDICORUM LONDINENSE.

Imprimatur

Hic liber, cui titulus, PHARMACOPŒIA COLLEGII REGALIS MEDICORUM LONDINENSIS.

Datum ex ædibus Præsidentis in comitiis censoriis, Decembris *Mensis* 5to, 1823.

HENRICUS HALFORD, Præses.

Ricardus Powell,	Censores.
Thomas Young,	
Archibald Billing,	
Jeremiah Gladwin Cloves,	

At the Court at *Brighton*, the 19th *January*, 1824.

PRESENT,

The KING's Most Excellent MAJESTY.

Lord Chamberlain.
Duke of *Wellington*.
Lord Steward.
Earl Bathurst.
Earl of *Liverpool*.
Earl of *Chichester*.
Mr. *Arbuthnot*.
Mr. *Beckett*.
Lord Chief Justice *Gifford*.
The Lord Chief Baron.

WHEREAS there was this day read at the Board, the humble Memorial of Sir HENRY HALFORD, Baronet, Physician to His Ma-

jesty, and President of the College or Commonalty of the Faculty of Physic in *London*, setting forth, that the said President and College have with great care, pains, and industry, revised, corrected and reformed a Book by them formerly published, intituled, *Pharmacopœia Collegii Regalis Medicorum Londinensis*, prescribing and directing the manner of preparing all sorts of Medicines therein contained, together with the true weights and measures by which they ought to be made; which book is now perfected and ready to be published, and it is conceived will contribute to the public good of His Majesty's Subjects, by preventing all deceits, differences and uncertainties in making or compounding of Medicines, if, for the future, the manner and form pre-

scribed therein should be practised by Apothecaries and others, in their compositions of Medicines; the Memorialist therefore most humbly prays that His Majesty will be most graciously pleased to enforce the Observance thereof in such manner as to His Majesty shall seem meet; His Majesty this day took the same Memorial into His Royal Consideration, and being desirous to provide, in all Cases, for the Common Good of His People, and being persuaded that the establishing the general use of the said Book may tend to the prevention of such Deceits in the making and compounding Medicines wherein the Lives and Health of His Majesty's Subjects are so highly concerned, hath therefore thought fit, by and with the advice of His Privy

Council, hereby to notify to all Apothecaries and others concerned, to the intent they may not pretend Ignorance thereof, that the said Book called *Pharmacopœia Collegii Regalis Medicorum Londinensis,* is perfected and ready to be published ; And His Majesty doth therefore strictly require, charge, and Command all and singular Apothecaries and others, whose Business it is to compound Medicines or Distil Oils or Waters, or make other Extracts within any part of His Majesty's Kingdom of *Great Britain* called *England,* Dominion of *Wales* or Town of *Berwick-upon-Tweed* that they and every of them immediately after the said *Pharmacopœia Collegii Regalis Medicorum Londinensis* shall be printed and published, do not compound o

make any Medicine or Medicinal Receipt or Prescription or distil any Oil or Waters, or make other Extracts that are or shall be in the said *Pharmacopœia Collegii Regalis Medicorum Londinensis* mentioned or named, in any other manner or form than is or shall be directed, prescribed and set down by the said Book, and according to the Weights and Measures that are or shall be therein limited, except it shall be by the special direction or prescription of some learned Physician in that behalf; And His Majesty doth hereby declare that the Offenders to the contrary shall not only incur His Majesty's just Displeasure, but be proceeded against for such their Contempt and Offences according to the utmost severity of Law.

JAS. BULLER.

NOMINA SOCIORUM

ET

PERMISSORUM

COLLEGII REGALIS MEDICORUM

LONDINENSIS.

SOCII.

HENRICUS HALFORD, *Baronettus, Regis Medicus*, PRÆSES.
Lucas Pepys, *Baronettus, Exercitûs Medicus primarius, Electus.*
Jacobus Hervey, *Electus.*
Devereux Mytton.
Johannes Matthews.
Jacobus Robertson Barclay.
Martinus Wall.
Johannes Latham, *Regis Medicus extraordinarius, Electus.*

Robertus Bourne.
Thomas Monro.
Gulielmus Moore.
Edouardus Roberts, *Electus.*
Georgius Paulet Morris.
Henricus Ainslie, *Electus.*
Gulielmus Hyde Wollaston.
Arthurus Daniel Stone.
Paggen Gulielmus Mayo.
Ricardus Powell, *Electus, Censor.*
Gulielmus Heberden, *Electus.*
Algernon Frampton.
Edouardus Ash.
Georgius Williams.
Devey Fearon.
Samuel Holland.
Gulielmus Georgius Maton.
Jacobus Franck.
Ricardus Edwards.
Georgius Smith Gibbes, *Eques auratus.*
Gulielmus Lambe.
Johannes Johnstone.
Jacobus Fellowes, *Eques auratus.*
Carolus Price.
Thomas Turner, *Thesaurarius.*
Edouardus Nathaniel Bancroft.
Carolus Dalston Nevinson.
Pelham Warren.
Robertus Bree.

Johannes Cooke.
Arthurus Brooke Faulkner, *Eques auratus.*
Thomas Hume.
Petrus Rainier.
Ricardus Faber.
Tristramus Whitter.
Clemens Hue, *Registrarius.*
Johannes Bright.
Thomas Young, *Censor.*
Henricus Jacobus Cholmeley.
Thomas Carolus Morgan, *Eques auratus.*
Ricardus Simmons.
Josephus Ager.
Josephus Cope.
Andreas Bain.
Jacobus Tattersall.
Thomas Dunne.
Ricardus Harrison.
Johannes Ayrton Paris.
Grant David Yeats.
Johannes Blackall.
Edouardus Thomas Monro.
Gulielmus Henricus Fitton.
Gulielmus Henricus Williams.
Georgius Leman Tuthill, *Eques auratus.*
Robertus Williams.
Johannes Kidd, *Medicinæ Regius Professor, Oxoniæ.*
Gulielmus Macmichael.

Johannes Haviland, *Medicinæ Regius Professor, Cantabrigiæ.*
Petrus Mere Latham.
Josephus Hurlock.
Carolus Badham.
Robertus Lloyd.
Carolus Henricus Hardy.
Gulielmus Fredericus Chambers.
Johannes Scott.
Thomas Mayo.
Johannes Ranicar Park.
Gulielmus Montgomery Boyton.
Archibald Billing, *Censor.*
Gulielmus King.
Carolus Ludovicus Meryon.
Jeremiah Gladwin Cloves, *Censor.*
Franciscus Willis.
Johannes Warburton.
Jacobus Adey Ogle.
Carolus Daubeney.
Johannes Elliotson.
Jacobus Yonge.
Franciscus Hopkins Ramadge.
Henricus Herbert Southey, *Regis Medicus.*

CANDIDATI.

Cornwallis Hewett.
Franciscus Hawkins.
Johannes Carr Badeley.

CANDIDATI-INCEPTORES.

Gulielmus Clark.
Harry Gulielmus Carter.
Johannes Spurgin.
Georgius Hall.
Edouardus Seymour.

PERMISSI.

Johannes Sims.
Stephanus Pellett.
Gulielmus Payne.
Gilbertus Blane, *Baronettus, Regis Medicus.*
Gulielmus Lister.
Robertus Freer.
Johannes Meyer.
Georgius Pearson.
Thomas Watson.
Samuel Ferris.

Josephus Philan.
Gulielmus Blackburn.
Gulielmus Black.
Josephus Fox.
Ricardus Pearson.
Christophorus Stanger.
Thomas Sutton.
Edouardus Fryer.
Ricardus Kentish.
Alexander Crichton, *Eques auratus.*
Johannes Rogerson.
Edmundus Somers.
Johannes Muller.
Ricardus Temple.
Sayer Walker.
Gualterus Vaughan.
Johannes Murray.
Thomas Blair.
Georgius Pinckard.
Robertus Hamilton.
Philippus Elliot.
Columbus Macqueen.
Nicolaus Romayne.
Edouardus Thomas.
Jacobus Buchan.
Stewart Crawford.
Ricardus Fowler.
Gulielmus Babington.
Robertus Graves.

Robertus Wightman.
Pinkstan James.
Thomas Nelson.
Johannes Yelloly.
Halliday Lidderdale.
Franciscus Home.
Thomas Jameson.
Alexander P. Buchan.
Alexander Aberdour.
Gulielmus Pitts Dimsdale.
Josephus Skey.
Henricus Clutterbuck.
Robertus Batty.
Alexander Lyon Emerson.
Isaac Buxton.
Radulphus Blegborough.
Samuel Irving.
Robertus Hooper.
Johannes Duncan.
Jacobus Laird.
Johannes Herdman.
Johannes Ricardus Farre.
Adam Neale.
Robertus Calvert.
Georgius Alexander Morewood.
Gulielmus Knighton, *Baronettus.*
Ricardus Duncan Macintosh.
Matthæus Johannes Tierney, *Baronettus,*
Regis Medicus.

Carolus Henricus Parry.
Johannes Fredericus Lampert.
Warner Wright.
Gulielmus Gordon.
Robertus Robinson Watson Robinson.
Carolus Bankhead, *Regis Medicus extraordinarius.*
Thomas Bree.
Edouardus Campbell.
Thomas Walshman.
David Uwins.
Georgius Birkbeck.
Alexander Morison.
Jacobus Mac Dougle.
Johannes Mac Mullan.
Georgius Rees.
Gulielmus Shearman.
Johannes Mac Culloch.
Johannes Ford Davis.
Christophorus Cooper.
Alexander Robertus Sutherland.
Alexander Henderson.
Carolus Whittell.
Edvinus Godden Jones.
Josephus De Courcy Laffan.
Petrus Marcus Roget.
Robertus Burgoyne Tomkins.
Alexander Lawler.
Thomas Hancock.

Johannes Booth.
Thomas M'Whirter.
Johannes Hinds.
Johannes Franciscus Berger.
Carolus Mackenzie.
Thomas Brown.
Georgius Dent.
Gulielmus Mason.
Benjamin Fonseca Outram.
Gulielmus Bromet.
Thomas Smith.
Thomas Jones.
Donald Mackinnon.
Johannes Dwyer.
Adam Black.
Johannes Bunnell Davis.
T. Christie.
Franciscus H. Northen.
Georgius Goldie.
Robertus Gooch.
Georgius Cumming.
Matthæus Brydie Cowie.
Johannes Walker.
Carolus Wightman.
Gulielmus Prout.
Thomas Drever.
Thomas Grey, *Eques auratus.*
R. B. Dennison.
Johannes Foley.

Henricus Clements.
David Davis.
Radulphus Eden.
Thomas Coulson Carpenter.
Robertus Daun.
Gulielmus Sainsbury.
Carolus Scudamore.
Gulielmus Back.
Carolus Ferguson Forbes.
Thomas Donahoo.
Theodore Gordon.
Stephanus Luke.
Jacobus M'Gregor, *Eques auratus, Regis Medicus extraordinarius.*
David Plenderleath.
Robertus Richardson.
Robertus Chisholm.
Hugh Bone.
Samuel Cleverley.
Henricus Holland.
Josephus Mitchell.
Gulielmus Silver.
Bartholomæus de Sanctis.
Georgius Gregory.
Ricardus Bright.
Neil Arnott.
Johannes Gaspar Spurzheim.
G. R. Nuttall.
Gulielmus Somerville.

Thomas Moore.
Thomas Thomson.
Benjamin Robinson.
Augustus Bozzi Granville.
Gulielmus Beatty.
Gualterus Adam.
Benjamin Cruttall Pierce.
Duncan M'Arthur.
Jacobus Blundell.
Johannes Ashburner.
Hugh Ley.
Henricus Schuckburgh Roots.
Henricus Lee.
Johannes Hull.
Matthias Kenny.
Johannes Sims.
Johannes Tricker Conquest.
Georgius Darling.
Thomas Addison.
Heathfield T. Frampton.
Andreas Halliday, *Eques auratus.*
Johannes Robertus Hume.
G. H. Weatherhead.
Johannes Armstrong.
Jacobus Copland.
Alexander Philip Wilson Philip.
Gulielmus Rhodes Bernard.
Johannes Jacobus Furnivall.
Robertus Masters Kerrison.

Johannes Gogill Leath.
Augustin Sayer.
Johannes Thompson.
Ashby Smith.
Johannes Vetch.
Robertus Alexander Chermside.
Henricus Ronalds.
Jacobus Alexander Gordon.
Johannes Webster.
Thomas Southwood Smith.
Jacobus Johnson.
Hannanel de Leon.
Roderick Macleod.
Carolus J. Roberts.
Georgius Le Fevre.
Jacobus Cove Jones.
Johannes Goldwyer.
Petrus Franciscus Luard.
Johannes Gibbs.
Johannes Mason Good.
Jacobus Veitch.
Alexander Tweedie.
Julius Rucco.
Henricus Blegborough.
Georgius Magrath.
Ricardus Lewin Pennell.
Georgius Haines Jones.
Fredericus Cobb.
Robertus Lee.

Gulielmus Gairdner.
Thomas Harrison Burder.
Carolus Thomas.
Carolus Locock.
Johannes Hawker English, *Eques auratus.*
Georgius Hamilton Roe.
Jacobus Black.
Jacobus Bartlett.
Johannes Burne.
Paris Thomas Dick.
Gulielmus Baker.
Henricus Davies.

PERMISSI EXTRA URBEM.

Gulielmus Falconer.
Carolus Brown.
Gulielmus Lansdale.
Edouardus Long Fox.
Gulielmus May.
Johannes Nott.
I. Newman.
Samuel Edmonds.
Gaspard Carolus de la Rive.
Johannes Chapman.
Johannes Sherwen.
Johannes Edmundus Stock.
Johannes Jacobus de Roches.

Johannes O'Ryan.
Johannes Robinson.
Patricius Miller.
Gualterus Carolus Heywood.
Robertus Anderson.
Jacobus Clough.
Carolus Littlehales.
Johannes Erly.
Georgius Bellamy.
Josephus Da Cunha.
Jacobus Proud Johnson.
Samuel M'Guffog.
Francesco Romero.
Whitlock Nicholl.
David Davies.
Johannes Carnegie.
Robertus Smith.
Gulielmus Kettle.
Johannes Huntington Wharrie.
Gulielmus Towsey.
Fredericus Granger.
David Lewis.
David Barry.
Carolus Mogg.
Jacobus Clarke.
Jacobus Muttlebury.
Thomas Forster Barham.
David J. H. Dickson.
Henricus Somerville.

PRÆFATIO

EDITIONIS 1809.

Annis viginti duobus vix elapsis, Pharmacopœiam nostram incudi reddere iterùm statuimus. Hunc laborem nobis imposuit culta indiès et amplificata Naturæ scientia. Illa enim intra paucos hos annos ità erroribus purgata et experimentis illustrata est, ità principiis novis firmioribus, altioribus, undequaque stabilita, ut si in hâc unâ parte, quæ ad Medicinam spectat, neglecta et rudis jaceret, id nobis meritò dedecori verteretur; præcipuè cùm duæ finitimæ huic nostræ Artes, Chemica et Botanica, hæc, omnes omnium regionum Herbas cum labore maximo exploraverit; illa integram suam disciplinam in meliorem commutaverit, et linguam

penitùs novam loqui didicerit. Non ulteriùs igitur spatium esse moræ videtur, quin medicamentorum omnium vires et naturam cum summâ diligentiâ perpendamus, ut si fuerint, quæ vel obsoleta vel supervacua judicemus, loco moveamus.

Antecessores nostri plurimùm sanè contulerunt ad singula certiùs promptiúsque conficienda; jam tum enim Philosophiæ lux nova exoriebatur, quæ pristinæ disciplinæ nubila discutiebat, formidines vanas cum tenebris simul fugabat, secreta denique Naturæ eatenùs recludebat, ut quid incongruum esset, quid consentaneum, quænam inter se pugnantia, quænam in compositione aptissimè consocianda, medicorum oculis palàm tandem ostenderet. Sed ea est artis conditio, ut emendari quidem possit, absoluta reddi non possit.

Exinde igitur in annos singulos aliquid medicinæ accessit, neque à priorum incœptis hæc ætas nostra declinavit, quin et morborum quorundam signa accuratiùs exposuit,

et quibusdam remedia magis idonea reperit, tum medicamentorum alia inutilia et inepta rejecit, alia valentiora usu et autoritate comprobavit; universa etiam aut scrutata est diligentiùs, aut quomodo peritiùs componantur, edocuit. Cùm nos igitur ad hoc opus recognoscendum animum primùm intendimus, multa invenimus quæ cum perfectiore nostræ artis disciplinâ malè congruebant, plura quibus abhorrebat erudita illa rerum appellandarum norma, quam intereà physici excogitaverant, nonnulla etiam quæ addi postulabat ipsius operis ordo, et concinnitas. Non ideo tamen nos fefellit multum molestiæ, multum etiam periculi, a crebrâ Pharmacopœiarum mutatione provenire: sed nobis persuasum erat, ea tandem et stabilia maximè et utilia fore, quæ cum rectâ ratione arctissimè convenirent. Quibus perpensis, nomina medicamentis dare, quantùm fieri potuit, legitima, et naturæ cujusque congruentia, statuimus: sic tamen, ut provideremus ne titulorum amplificatio medicos impediat. Si pluribus igitur vocabulis opus fuerit, ut rei cujuspiam compositionem mani-

festè in appellando designemus, ei simpliciùs, etsi minùs eruditum cognomen apponere maluimus.

Quod ad nos attinet, nihil laboris detrectavimus quo librum hunc quàm perfectissimum ederemus. Non ita tamen, ut omnibus nos satisfacturos esse, vel errores nullos admisisse, confidamus; quos siquis asperiùs notare voluerit, reputet modò quantum et varietatis et difficultatis hujusmodi opus amplectitur, et paucis maculis non offensum iri speramus.—Sed hæc hactenus.

Quædam vero obnixiùs excusanda sunt, quæ videantur aut plus quàm satis est ab usu populari discedere, ut *Anthemis*, aut horridum quid ac barbarum sonare, ut *Potassa*. Diù tamen restitimus: sed quid contra omnium Physicorum autoritatem facere, aut quî potuimus nomina Animalium, Herbarum, Lapidumve, ea retinere, quæ rebus omninò diversis Scriptores in eo genere principes imposuerant? Satiùs igitur esse putavimus nos in rudis ingenii crimen incur-

rere, quàm anceps aliquid, et dubiæ significationis admittere, aut voce unâ atque alterâ ab universâ chemicorum consuetudine dissentire

Quod ad mutationem attinet quam in Mensuris liquidorum facere instituimus, ea cùm ab omnibus dudum efflagitata fuerit, ne studio novitatis fieri existimetur, non est cur timeamus. Idem nomen liquidorum mensuræ, idem solidorum ponderi, dari, errorem frequentissimè induxit. Illam autem mensuram, cui *Congio* nomen est, et cujus capacitas a Rege et Senatu præscripta est, mutare non ausi sumus, sed in partes pro arbitrio dividere, et unicuique titulum assignare, non licitum modò, sed officii esse nostri duximus.

Quod superest, eam nos in hoc opere perficiendo rationem adhibuisse speramus, quæ rei tractandæ sit accommodatissima. Nobis certè laboris et curarum præmia suavissima comparabuntur, si qualiacunque hæc sint, utilitati publicæ conducant, et vel hoc præ-

stare videantur, ut morborum remedia paulò certiora indicentur, morbi ipsi paulò citiùs mitigentur.

ORDO CAPITUM.

PONDERA ET MENSURÆ.............. 1
MATERIA MEDICA...................... 5
PRÆPARATA ET COMPOSITA 25
ACIDA 25
ALKALIA, ET EORUM SALES 29
TERRÆ, ET EARUM SALES 36
METALLA, ET EORUM SALES 39
SULPHUREA 54
VEGETABILIA 55
OLEA EXPRESSA........................ 58
OLEA DESTILLATA 59
AQUÆ DESTILLATÆ.................... 60
INFUSA.................................... 63
MUCILAGINES 68
DECOCTA.................................. 69
EXTRACTA 74
MISTURÆ.................................. 82
SPIRITUS.................................. 85
TINCTURÆ................................ 92
ÆTHEREA.................................. 102
VINA 105

ACETICA 10
MELLITA.......................... 10
SYRUPI............................ 10
CONFECTIONES 11
PULVERES 12
PILULÆ 12
PRÆPARATA EX ANIMALIBUS 12
EMPLASTRA......................... 12
CERATA............................ 13
UNGUENTA......................... 13
LINIMENTA 13
CATAPLASMATA 142

PHARMACOPŒIA

LONDINENSIS.

PHARMACOPŒIA

LONDINENSIS.

PONDERA, MENSURÆ, &c.

Cum duo ponderum genera in Angliâ usu recepta sint, quorum altero aurum et argentum, altero cæteræ fere merces æstimantur, nos priore utimur, quod et *Troy Weight* vocatur; libramque sic dispertimus, *videlicet:*

Libra	℔	habet	Uncias duodecim,	℥
Uncia		habet	Drachmas octo,	ʒ
Drachma		habet	Scrupulos tres,	℈
Scrupulus		habet	Grana viginti,	gr.

Notas apposuimus, quibus pondus quodque designare consuetum est.

Mensura etiam liquidorum dispar est, alia cerevisiæ, alia vino propria; posteriorem nos adhibemus, mensurisque liquidorum utimur ex congio vinario deductis.

Congius vinarius legibus regni definitus est, quem ad usus medicinales sic dispertimus, *videlicet:*

Congius	C	habet	Octarios octo,	O
Octarius		habet	Fluiduncias sedecim,	f℥
Fluiduncia		habet	Fluidrachmas octo,	fʒ
Fluidrachma		habet	Minima sexaginta,	♏

Notas apposuimus, quibus quamque mensuram designamus.

Ne quis error nascatur ex nominibus, quæ ponderibus et mensuris nullo discrimine imposita sunt, nova quædam finximus non inconsultè, quæ brevis usus reddet facilia.

Ad hæc, mensurâ vitreâ, intervallis æqualibus signatâ, minimas liquidorum partes metimur. Etenim fallax et incertus est guttarum numerus, tincturæ cujuslibet guttis fere bis totidem, quot aquæ, eandem mensuram implentibus.

Videndum est, ne quid cupri, aut plumbi, insit in materiâ ex quâ fiunt mortaria, mensuræ, infundibula, aut alia vasa, in quibus medicamenta seu præparantur, sive servantur; itaque fictilia, plumbo vitrifacta, aliena sunt.

Præparata acida, alkalina, terrea, metallica, tum sales omnis generis, in vasis vitreis obturatis servare oportet.

Caloris gradum thermometro Fahrenheitiano metimur; et, cum CALOREM FERVENTEM præcipimus, istum intelligimus qui notatur gradu ducentesimo duodecimo. CALOR verò LENIS eum indicat, qui est inter gradum nonagesimum et centesimum.

Quoties fit mentio PONDERIS SPECIFICI, ponimus id, de quo agitur, esse caloris gradûs quinquagesimi quinti.

BALNEUM AQUOSUM fit, ubi res quælibet, suo vase contenta, aut aquæ ipsi ferventi, aut ejus vapori exponitur, ut incalescat.

BALNEUM ARENÆ fit ex arenâ paulatim calefaciendâ, in quam res quælibet, suo vase contenta, imponitur.

MATERIA MEDICA.

In secundo ordine, VEGETABILIA ex Linnæi Speciebus Plantarum a *Willdenow* editis, ANIMALIA secundum *Linnæi* Systema Naturæ a *Gmelin* editum, RES CHEMICÆ nominibus recentioribus, designantur, nisi aliter indicatum sit.

Abietis Resina.	Pinus Abies. *Resina concreta.*
Absinthium.	Artemisia Absinthium.
Acaciæ Gummi.	Acacia vera. *Gummi.*
Acetosæ Folia.	Rumex Acetosa. *Folia.*
Acetosella.	Oxalis Acetosella.
Acetum.	

Acidum Aceticum fortius. Hujus pondus specificum est ad pondus specificum aquæ destillatæ ut 1.046 ad 1.000. Sodæ Subcarbonatis crystallorum grana 87 a granis 100 hujus acidi saturantur.	Acidum Aceticum è ligno destillatum.
Acidum Citricum. *Crystalli.*	
Acidum Sulphuricum. Hujus pondus specificum est ad pondus specificum aquæ destillatæ ut 1.850 ad 1.000.	
Aconiti Folia.	Aconitum Napellus. *Folia.*
Adeps.	Sus Scrofa. *Adeps.*
Ærugo.	Subacetas Cupri impura.

Allii Radix.	Allium sativum. *Radix.*
Alöes spicatæ Extractum.	Alöe spicata. *Extractum.*
Althææ Folia et Radix.	Althæa officinalis. *Folia et Radix.*
Alumen.	Supersulphas Aluminæ et Potassæ.
Ammoniacum.	Heracleum gummiferum. WILLDENOW, *Hort. Berol.* *Gummi-resina.*
Ammoniæ Murias.	Murias Ammoniæ.
Amygdalæ amaræ. Amygdalæ dulces.	Amygdalus communis. Var. γ. Var. β. *Nuclei.*
Amylum.	Triticum hybernum. *Amylum.*
Anethi Semina.	Anethum graveolens. *Semina.*
Anisi Semina.	Pimpinella Anisum. *Semina.*
Anthemidis Flores.	Anthemis nobilis. *Flores simplice*
Antimonii Sulphuretum.	Sulphuretum A monii.

Antimonii Vitrum.	Antimonii Oxydum sulphuratum vitrifactum.
Argentum.	Argentum purificatum.
Armoraciæ Radix.	Cochlearia Armoracia. *Radix.*
Arsenicum album.	Acidum Arseniosum.
Asari Folia.	Asarum Europæum. *Folia.*
Assafœtidæ Gummi-resina.	Ferula Assafœtida. *Gummi-resina.*
Avenæ Semina.	Avena sativa. *Semina, tunicis nudata.*
Aurantii Baccæ.	Citrus Aurantium (Hispalense). *Baccæ.*
Aurantii Cortex.	*Baccarum Cortex exterior.*
Balsamum Peruvianum.	Myroxylon peruiferum. *Balsamum.*
Balsamum Tolutanum.	Toluifera Balsamum. *Balsamum.*
Belladonnæ Folia.	Atropa Belladonna. *Folia.*

Benzöinum.	Styrax Benzöin. *Balsamum.*
Bismuthum.	
Bistortæ Radix.	Polygonum Bistorta. *Radix.*
Cajuputi Oleum.	Melaleuca Cajuputi. *Oleum essentiale.*
Calamina.	Carbonas Zinci impura.
Calami Radix.	Acorus Calamus. *Radix.*
Calumba.	Cocculus palmatus. *Radix.* DE CANDOLLE, *Sys. Nat.*
Cambogia.	Stalagmitis Cambogiöides. *Gummi-resina.*
Camphora.	Laurus Camphora. *Concretum sui generis, sublimatione paratum.*
Canellæ Cortex.	Canella alba. *Cortex.*
Cantharis.	Cantharis vesicatoria. LATREILLE, *Gen. Insect.*
Capsici Baccæ.	Capsicum annuum. *Baccæ.*

Carbo Ligni.	Carbo Ligni recens.
Cardamines Flores.	Cardamine pratensis. *Flores.*
Cardamomi Semina.	Matonia Cardamomum. *Semina.* SMITH, *in Rees Cyclop.*
Caricæ Fructus.	Ficus Carica. *Fructus exsiccatus.*
Carui Semina.	Carum Carui. *Semina.*
Caryophylli.	Eugenia caryophyllata. *Flores nondum explicati, exsiccati.*
Caryophyllorum Oleum.	*Eorum Oleum essentiale.*
Cascarillæ Cortex.	Croton Cascarilla. *Cortex.*
Cassiæ Pulpa.	Cassia Fistula. *Lomentorum Pulpa.*
Castoreum.	Castor Fiber (Rossicus). *Concretum sui generis.*
Catechu Extractum.	Acacia Catechu. *Extractum.*

Centaurii Cacumina.	Chironia Centaurium. *Cacumina.*	
Cera alba.		
Cera flava.		
Cerevisiæ Fermentum.		
Cetaceum.	Physeter macrocephalus. *Concretum sui generis.*	
Cinchonæ cordifoliæ Cortex.	Cinchona cordifolia. *Cortex.*	Zea, in "*Anal. de Hist. Nat.*"
Cinchonæ lancifoliæ Cortex.	Cinchona lancifolia. *Cortex.*	
Cinchonæ oblongifoliæ Cortex.	Cinchona oblongifolia. *Cortex.*	
Cinnamomi Cortex.	Laurus Cinnamomum. *Liber.*	
Cinnamomi Oleum.	*Ejus Oleum essentiale.*	
Coccus.	Coccus Cacti.	
Colchici Radix et Semina.	Colchicum autumnale. *Radix recens et Semina.*	

Colocynthidis Pulpa.	Cucumis Colocynthis. *Peponum Pulpa.*
Conii Folia et Semina.	Conium maculatum. *Folia et Semina.*
Contrajervæ Radix.	Dorstenia Contrajerva. *Radix.*
Copaiba.	Copaifera officinalis. *Resina liquida.*
Coriandri Semina.	Coriandrum sativum. *Semina.*
Cornua.	Cervus Elaphus. *Cornua.*
Creta.	Carbonas Calcis friabilis.
Croci Stigmata.	Crocus sativus (Anglicus). *Stigmata.*
Cubeba.	Piper Cubeba. *Baccæ.*
Cumini Semina.	Cuminum Cyminum. *Semina.*
Cupri Sulphas.	Sulphas Cupri.
Cuspariæ Cortex.	Cusparia febrifuga. BONPLAND, *Voy.* *Cortex.*
Cydoniæ Semina.	Pyrus Cydonia. *Semina.*

Dauci Radix.	Daucus Carota (hortensis). *Radix.*
Dauci Semina.	DaucusCarota(agrestis). *Semina.*
Digitalis Folia et Semina.	Digitalis purpurea. *Folia et Semina.*
Dolichi Pubes.	Dolichos pruriens. *Leguminum Pubes.*
Dulcamaræ Caulis.	Solanum Dulcamara. *Caulis.*
Elaterii Pepones.	Momordica Elaterium. *Pepones recentes.*
Elemi.	Amyris Elemifera. *Resina.*
Euphorbiæ Gummi-resina.	Euphorbia officinarum. *Gummi-resina.*
Farina.	Triticum hybernum. *Farina.*
Ferrum.	Ferri Ramenta et Fila.
Filicis Radix.	Aspidium Filix mas. SMITH, *Flor. Brit.* *Radix.*
Fœniculi Semina.	Anethum Fœniculum. *Semina.*

Fucus.	Fucus vesiculosus.
Galbani Gummi-resina.	Bubon Galbanum. *Gummi-resina.*
Gallæ.	Cynips Quercûs folii. *Nidus.*
Gentianæ Radix.	Gentiana lutea. *Radix.*
Glycyrrhizæ Radix.	Glycyrrhiza glabra. *Radix.*
Granati Cortex.	Punica Granatum. *Pomorum Cortex.*
Guaiaci Resina, et Lignum.	Guaiacum officinale. *Resina, et Lignum.*
Hæmatoxyli Lignum.	Hæmatoxylon Campechianum. *Lignum.*
Helenium.	Inula Helenium. *Radix.*
Hellebori fœtidi Folia.	Helleborus fœtidus. *Folia.*
Hellebori nigri Radix.	Helleborus niger. *Radix.*
Hordei Semina.	Hordeum distichon. *Semina, tunicis nudata.*
Humuli Strobili.	Humulus Lupulus. *Strobili siccati.*
Hydrargyrum.	
Hyoscyami Folia et Semina.	Hyoscyamus niger. *Folia et Semina.*

Jalapæ Radix.	Convolvulus Jalapa. *Radix.*
Ipecacuanhæ Radix.	Callicocca Ipecacuanha. Brotero, *in Act. Soc. Linn.* *Radix.*
Juniperi Baccæ et Cacumina.	Juniperus communis. *Baccæ et Cacumina.*
Kino.	Pterocarpus Erinacea. *Extractum.* *Encycl. Method.*
Krameriæ Radix.	Krameria triandra. *Radix.* *Flor. Peruv.*
Lactuca.	Lactuca sativa.
Lavandulæ Flores.	Lavandula Spica. *Flores.*
Lauri Baccæ et Folia.	Laurus nobilis. *Baccæ et Folia.*
Lichen.	Lichen Islandicus.
Limones.	Citrus medica. *Baccæ.*
Limonum Cortex.	*Earum Cortex exterior.*
Limonum Oleum.	*Corticis exterioris Oleum essentiale.*
Linum catharticum.	Linum catharticum.

Lini usitatissimi Semina.	Linum usitatissimum. *Semina.*
Magnesiæ Subcarbonas.	Subcarbonas Magnesiæ.
Magnesiæ Sulphas.	Sulphas Magnesiæ purificata.
Malva.	Malva sylvestris.
Manna.	Fraxinus Ornus. *Succus concretus.*
Marmor album.	Carbonas Calcis dura.
Marrubium.	Marrubium vulgare.
Mastiche.	Pistacia Lentiscus. *Resina.*
Mel.	
Mentha piperita.	Mentha piperita. SMITH, *in Act. Soc. Linn.*
Mentha viridis.	Mentha viridis. SMITH, *in Act. Soc. Linn.*
Menyanthes.	Menyanthes trifoliata.
Mezerei Cortex.	Daphne Mezereum. *Radicis Cortex.*
Mori Baccæ.	Morus nigra. *Baccæ.*
Moschus.	Moschus moschiferus. *Concretum sui generis.*

Myristicæ Nuclei.	Myristica moschata. *Nuclei, et Oleum earum expressum.*
Myrrha.	*Arboris nondum descriptæ Gummi-resina.*
Olibanum.	Juniperus Lycia. *Gummi-resina.*
Olivæ Oleum.	Olea Europæa. *Druparum Oleum expressum.*
Opium.	Papaver somniferum. *Capsularum immaturarum Succus concretus (Turcicus).*
Opopanacis Gummi-resina.	Pastinaca Opopanax. *Gummi-resina.*
Origanum.	Origanum vulgare.
Ovum.	Phasianus Gallus. *Ovum.*
Papaveris Capsulæ.	Papaver somniferum. *Capsulæ maturæ.*
Petroleum.	
Pimentæ Baccæ.	Myrtus Pimenta. *Baccæ.*
Piperis longi Fructus.	Piper longum. *Fructus immaturus, exsiccatus.*

Piperis nigri Baccæ.	Piper nigrum. *Baccæ.*
Pix abietina.	Pinus Abies. *Resina præparata.*
Pix liquida.	Pinus sylvestris. *Resina præparata liquida.*
Pix nigra.	Pinus sylvestris. *Resina præparata solida.*
Plumbi Subcarbonas.	Subcarbonas Plumbi.
Plumbi Oxydum semivitreum.	
Porri Radix.	Allium Porrum. *Radix.*
Potassæ Nitras.	Nitras Potassæ purificata.
Potassæ Sulphas.	Sulphas Potassæ.
Potassæ Supertartras.	Supertartras Potassæ purificata.
Potassa impura.	Subcarbonas Potassæ impura.
Pruna.	Prunus domestica. *Drupæ exsiccatæ.*
Pterocarpi Lignum.	Pterocarpus santalinus. *Lignum.*
Pulegium.	Mentha Pulegium.

Pyrethri Radix.	Anthemis Pyrethrum. *Radix.*
Quassiæ Lignum.	Quassia excelsa. *Lignum.*
Quercûs Cortex.	Quercus pedunculata. *Cortex.*
Resina flava.	Pinus sylvestris. *Residuum postquam Oleum Terebinthinæ destillatum est.*
Rhamni Baccæ.	Rhamnus catharticus. *Baccæ.*
Rhei Radix.	Rheum palmatum. *Radix.*
Rhœados Petala.	Papaver Rhœas. *Petala.*
Ricini Oleum et Semina.	Ricinus communis. *Oleum è Seminibus expressum, et Semina.*
Rosæ caninæ Pulpa.	Rosa canina. *Baccarum Pulpa expressa.*
Rosæ centifoliæ Petala.	Rosa centifolia. *Petala.*

Rosæ Gallicæ Petala.	Rosa Gallica. *Petala.*
Rosmarini Cacumina.	Rosmarinus officinalis. *Cacumina.*
Rubiæ Radix.	Rubia Tinctorum. *Radix.*
Rutæ Folia.	Ruta graveolens.
Sabinæ Folia.	Juniperus Sabina. *Folia.*
Saccharum. Saccharum purificatum.	Saccharum officinale. *Præparata è Succo expresso.*
Sagapenum.	*Plantæ nondum descriptæ Gummi-resina.*
Salicis Cortex.	Salix Caprea. *Cortex.*
Sambuci Flores.	Sambucus nigra. *Flores.*
Sapo durus.	Sapo ex Olivæ Oleo et Sodâ confectus (Hispanicus).
Sapo mollis.	Sapo ex Oleo et Potassâ confectus.
Sarsaparillæ Radix.	Smilax Sarsaparilla. *Radix.*
Sassafras Lignum et Radix.	Laurus Sassafras. *Lignum et Radix.*

Scammoneæ Gummi-resina.	Convolvulus Scammonea. *Gummi-resina.*
Scillæ Radix.	Scilla maritima. *Radix.*
Senegæ Radix.	Polygala Senega. *Radix.*
Sennæ Folia.	Cassia Senna. *Folia.*
Serpentariæ Radix.	Aristolochia Serpentaria. *Radix.*
Sevum.	Ovis Aries. *Sevum.*
Simaroubæ Cortex.	Quassia Simarouba. *Cortex.*
Sinapis Semina.	Sinapis nigra. *Semina.*
Sodæ Murias.	Murias Sodæ.
Sodæ Subboras.	Subboras Sodæ.
Sodæ Sulphas.	Sulphas Sodæ.
Soda impura.	Subcarbonas Sodæ impura.
Spartii Cacumina.	Spartium scoparium. *Cacumina.*
Spigeliæ Radix.	Spigelia Marilandica. *Radix.*
Spiritus rectificatus. Hujus pondus spe-	

cificum est ad pondus Aquæ destillatæ ut .835 ad 1.000.	
Spiritus tenuior. Hujus pondus specificum est ad pondus Aquæ destillatæ ut .930 ad 1.000.	
Spongia.	Spongia officinalis.
Stannum.	Stanni Limatura.
Staphisagriæ Semina.	Delphinium Staphisagria. *Semina.*
Stramonii Semina et Folia.	Datura Stramonium. *Semina et Folia.*
Styracis Balsamum.	Styrax officinale. *Balsamum.*
Succinum.	
Sulphur.	
Sulphur sublimatum.	
Tabaci Folia.	Nicotiana Tabacum. *Folia exsiccata (Virginiana).*
Tamarindi Pulpa.	Tamarindus Indica. *Leguminis Pulpa.*
Taraxaci Radix.	Leontodon Taraxacum. *Radix.*

Tartarum.	Potassæ Supertartras impura.
Terebinthina Canadensis.	Pinus Balsamea. *Resina liquida.*
Terebinthina Chia.	Pistacia Terebinthus. *Resina liquida.*
Terebinthina vulgaris. Terebinthinæ Oleum.	Pinus sylvestris. *Resina liquida, et Oleum inde destillatum.*
Testæ.	Ostrea edulis. *Testæ.*
Tiglii Oleum.	Croton Tiglium. *Oleum è seminibus expressum.*
Tormentillæ Radix.	Tormentilla officinalis. SMITH, *Flor. Brit.* *Radix.*
Toxicodendri Folia.	Rhus Toxicodendron. *Folia.*
Tragacantha.	Astragalus verus. OLIVIER, *Voy. dans l'Empire Ottom.* *Gummi.*
Tussilago.	Tussilago Farfara.
Valerianæ Radix.	Valeriana officinalis (sylvestris). *Radix.*

Veratri Radix.	Veratrum album. *Radix.*
Ulmi Cortex.	Ulmus campestris. *Liber.*
Uvæ passæ.	Vitis vinifera. *Baccæ exsiccatæ.*
Uvæ Ursi Folia.	Arbutus Uva Ursi. *Folia.*
Zincum.	
Zingiberis Radix.	Zingiber officinale. Roscoe, *in Act. Soc. Lin.* *Radix.*

PRÆPARATA ET COMPOSITA.

ACIDA.

ACIDUM ACETICUM DILUTUM.

℞ Aceti congium;

Destillet Acidum aceticum dilutum balneo arenæ, ex retortâ vitreâ in receptaculum vitreum et frigefactum; tum, primo octario rejecto, octarios sex proximè destillatos serva.

ACIDUM BENZOICUM.

℞ Benzöini libram;

Vasi vitreo arenæ imposito Benzöinum immitte, et calore gradûs 300^{mi} adhibito et paulatim aucto, sublima donec nihil ampliùs ascendat: quod sublimatum est chartâ bibulâ involutum comprime, ut à parte oleosâ separetur: dein iterum sublima, calore non ultra gradum 400^{m} aucto.

ACIDUM CITRICUM.

℞ Limonum Succi octarium,
Cretæ præparatæ unciam, vel quantum satis sit ad Succum saturandum,
Acidi sulphurici diluti fluiduncias novem;

Succo Limonum fervefacto Cretam paulatim adjice, et misce; tum liquorem effunde. Citratem Calcis, quæ remanet, aquâ tepidâ sæpius renovatâ ablue; dein sicca. Tum pulveri exsiccato superinfunde Acidum sulphuricum dilutum, et coque per sextam horæ partem. Liquorem per linteum fortiter exprime, et per chartam cola; colatum leni calore consume, adeò ut, dum frigescit, fiant crystalli.

Crystallos, ut puræ sint, iterum et tertiò in Aquâ liqua, eamque toties cola, decoque, et sepone.

ACIDUM MURIATICUM.

℞ Sodæ Muriatis exsiccatæ libras duas,
Acidi sulphurici *pondere* uncias viginti,
Aquæ destillatæ octarium cum semisse;

Acidum cum Aquæ octario dimidio prius in retortâ vitreâ misce, et his, ubi refrixerint, Sodæ Muriatem adjice. Aquæ quod reliquum est in receptaculum infunde; tum, retortâ aptatâ, in hanc aquam transeat Aci-

dum muriaticum destillatum ex balneo arenæ, calore gradatim aucto, donec retorta rubescat.

Acidi muriatici pondus specificum est ad Aquæ destillatæ pondus specificum, ut 1.160 ad 1.000.

Sodæ Subcarbonatis Crystallorum grana 124 ab hujus acidi granis centum saturantur.

ACIDUM NITRICUM.

℞ Potassæ Nitratis exsiccatæ,
Acidi sulphurici, singulorum *pondere* libras duas;

Misce in retortâ vitreâ, tum balneo arenæ destillet Acidum nitricum, donec vapor ruber prodeat. Dein, adjectâ insuper Potassæ Nitratis exsiccatæ unciâ, iterum eodem modo Acidum destillet.

Acidi nitrici pondus specificum est ad pondus specificum Aquæ destillatæ, ut 1.500 ad 1.000.

Sodæ Subcarbonatis Crystallorum grana 212 ab hujus acidi granis centum saturantur.

ACIDUM NITRICUM DILUTUM.

℞ Acidi nitrici fluidunciam,

Aquæ destillatæ fluiduncias novem;
Misce.

ACIDUM SULPHURICUM DILUTUM.

℞ Acidi sulphurici fluidunciam cum semisse,
Aquæ destillatæ fluiduncias quatuordecim cum semisse;

Acidum Aquæ paulatim adjice; tum misce.

ACIDUM TARTARICUM.

℞ Potassæ Supertartratis libras duas cum semisse,
Aquæ destillatæ ferventis congios tres,
Cretæ præparatæ libram,
Acidi sulphurici libram;

Potassæ Supertartratem coque cum Aquæ destillatæ congiis duobus, et adjice paulatim Cretam præparatam, donec bullulæ non ampliùs excitentur: sepone ut subsidat Calcis Tartras: liquorem effunde, et Tartratem Calcis Aquâ destillatâ sæpiùs ablue, donec saporis expers sit. Tum superinfunde Acidum sulphuricum Aquæ destillatæ ferventis congio dilutum, et sepone per horas viginti quatuor subindè agitans. Liquorem cola, et balneo aquoso consume ut fiant crystalli.

ALKALIA, ET EORUM SALES.

AMMONIÆ SUBCARBONAS.

℞ Ammoniæ Muriatis libram,
Cretæ præparatæ exsiccatæ libram cum semisse;

Separatim in pulverem tere; tum misce, et sublima calore paulatim aucto, donec retorta rubescat.

LIQUOR AMMONIÆ.

℞ Ammoniæ Muriatis uncias octo,
Calcis recentis uncias sex,
Aquæ octarios quatuor;

Calci superinfunde Aquæ octarium; tum vas contege et sepone per horam; dein Ammoniæ Muriatem et reliquam Aquam priùs fervefactam adjice, et vas iterum contege; liquorem postquam refrixerit cola; tum destillent Liquoris Ammoniæ fluidunciæ duodecim in receptaculum cujus calor gradum 50^{mum} non superet.

Liquoris Ammoniæ pondus specificum est

ad pondus Aquæ destillatæ ut 0.960 ad 1.000.

LIQUOR AMMONIÆ ACETATIS.

℞ Ammoniæ Subcarbonatis uncias duas,
Acidi acetici diluti octarios quatuor, vel quantum satis sit.

Ammoniæ Subcarbonati adjice Acidum, donec bullulæ non ampliùs excitentur, et misce.

LIQUOR AMMONIÆ SUBCARBONATIS.

℞ Ammoniæ Subcarbonatis uncias quatuor,
Aquæ destillatæ octarium;

Liqua Ammoniæ Subcarbonatem in Aquâ, et per chartam cola.

LIQUOR POTASSÆ.

℞ Potassæ Subcarbonatis libram,
Calcis recentis libram dimidiam,
Aquæ destillatæ ferventis congium;

Liqua Potassam in Aquæ octariis duobus. Calci adjice Aquæ quod reliquum est. Liquores calentes inter se misce; tum sepone in vase clauso, et, postquam refrixerint, per pannum gossipinum cola.

Si Acidum dilutum quodlibet instillatum bullulas excitet, plus Calcis adjicere oportebit, et iterum colare.

Hujus Liquoris octarius pendere debet uncias sedecim:

LIQUOR POTASSÆ SUBCARBONATIS.

℞ Potassæ Subcarbonatis libram,
Aquæ destillatæ fluiduncias duodecim;

Liqua Potassæ Subcarbonatem in Aquâ, et per chartam cola.

POTASSA CUM CALCE.

℞ Liquoris Potassæ octarios tres,
Calcis recentis libram;

Decoque Liquorem Potassæ ad octarium; dein adjice Calcem, affusâ aquâ resolutam, et diligenter misce.

POTASSA FUSA.

℞ Liquoris Potassæ congium;

Aquam in vase ferreo nitido ad ignem consume, donec, ebullitione finitâ, Potassa liquefiat: hanc super laminam ferream effunde in formas idoneas.

POTASSÆ ACETAS.

℞ Potassæ Subcarbonatis libram,
Acidi acetici fortioris octarios duos,
Aquæ destillatæ ferventis octarios duos;

Acidum cum Aquâ priùs commixtum Potassæ Subcarbonati adjice, donec bullulæ non ampliùs excitentur, et cola. Liquorem primò in balneo aquoso consume donec cessaverit ebullitio. Dein calori gradatim aucto expone, et iterum consume donec pellicula supernatet; pelliculam ablatam super chartam bibulam exsicca. Iterum et sæpiùs consumatur liquor, et pelliculam eodem modo aufer et exsicca.

POTASSÆ CARBONAS.

℞ Liquoris Potassæ Subcarbonatis congium;

Acidum carbonicum per Liquorem Potassæ subcarbonatis in vase idoneo transmitte ad plenam saturationem, et cola. Vaporet liquor colatus ut fiant crystalli, cavendo ne calor gradum 120mum excedat. Has, effuso liquore, super chartam bibulam exsicca.

Acidum carbonicum facillimè obtinetur e Marmore albo et Acido sulphurico diluto.

POTASSÆ SUBCARBONAS.

℞ Potassæ impuræ contritæ libras tres,
Aquæ ferventis octarios tres cum semisse;

Liqua Potassam in Aquâ, et cola; tum in vas ferreum nitidum effunde, et Aquam lento igne consume, ut spissescat Liquor; dein, igne subducto, spathâ ferreâ assiduè move, donec Sal in grana parvula abeat.

Potassæ Subcarbonas præparari potest, eodem modo, ex Tartaro, quod priùs ustum fuerit, donec cinerei sit coloris.

POTASSÆ SULPHAS.

℞ Salis qui restat post destillationem Acidi nitrici libras duas,
Aquæ ferventis congios duos;

Misce, ut liquetur Sal; tum adjice Potassæ Subcarbonatis quod satis sit ad Acidum saturandum. Dein coque, donec pellicula supernatet, et, ubi colaveris, sepone, ut fiant crystalli. Has, effuso liquore, super chartam bibulam exsicca.

POTASSÆ SUPERSULPHAS.

℞ Salis qui restat post destillationem Acidi nitrici libras duas,
Aquæ ferventis octarios quatuor;

Misce, ut liquetur Sal, et cola. Dein coque ad dimidium, et sepone, ut fiant crystalli. Has, effuso liquore, super chartam bibulam exsicca.

POTASSÆ TARTRAS.

℞ Potassæ Subcarbonatis uncias sedecim,
Potassæ Supertartratis libras tres,
Aquæ ferventis congium;

Potassæ Subcarbonatem in Aquâ liquatum adjice Potassæ Supertartratem in pulverem tritam, donec bullulæ non ampliùs excitentur. Liquorem per chartam cola; dein coque donec pellicula supernatet, et sepone, ut fiant crystalli. Has, effuso liquore, super chartam bibulam exsicca.

SODÆ CARBONAS.

℞ Sodæ Subcarbonatis libram,
Aquæ destillatæ octarios tres;

Sodæ Subcarbonatem in Aquâ destillatâ liqua. Dein Acidum carbonicum per liquorem in vase idoneo transmitte ad plenam saturationem, et sepone ut fiant crystalli. Crystallos chartâ bibulâ involutas et compressas exsicca. Consume liquorem reliquum, cavendo ne calor gradum 120mum ex-

cedat, ut iterum prodeant crystalli. Has eodem modo comprime et exsicca.

SODÆ SUBCARBONAS.

℞ Sodæ impuræ in pulverem tritæ libram,
Aquæ destillatæ ferventis octarios quatuor;

Coque Sodam in Aquâ per horam dimidiam, et cola. Hæc vaporet ad octarios duos, et seponatur, ut fiant crystalli. Liquorem superstitem rejice.

SODÆ SUBCARBONAS EXSICCATA.

℞ Sodæ Subcarbonatis libram;

Sodæ Subcarbonati, in vase ferreo nitido, calorem ferventem adhibe, donec penitùs exsiccetur; eamque simul spathâ ferreâ assiduè move. Denique in pulverem tere.

SODÆ SULPHAS.

℞ Salis qui restat post destillationem Acidi muriatici libras duas,
Aquæ ferventis octarios duos cum semisse;

Liqua Salem in Aquâ; tum adjice paulatim Sodæ Subcarbonatis quod satis sit ad

Acidum saturandum. Decoque, donec pellicula appareat, et, ubi colaveris, sepone, ut fiant crystalli. Has, effuso liquore, super chartam bibulam exsicca.

SODA TARTARIZATA.

℞ Sodæ Subcarbonatis uncias viginti,
Potassæ Supertartratis contritæ libras duas,
Aquæ ferventis octarios decem;

Sodæ Subcarbonatem in Aquâ liqua, et adjice paulatim Potassæ Supertartratem. Liquorem per chartam cola; tum coque, donec pellicula supernatet, et sepone, ut fiant crystalli. Has, effuso liquore, super chartam bibulam exsicca.

TERRÆ, ET EARUM SALES.

ALUMEN EXSICCATUM.

Alumen in vase fictili ad ignem liquescat; tum augeatur ignis, donec ebullitio cessaverit.

LIQUOR ALUMINIS COMPOSITUS.

℞ Aluminis,
Zinci Sulphatis, singulorum unciam dimidiam,

Aquæ ferventis octarios duos;

Alumen et Zinci Sulphatem in Aquâ simul liqua; dein per chartam cola.

CALX.

℞ Marmoris albi libram;

In frustula contunde, et in crucibulo igne acerrimo ure per horam, vel donec Acidum carbonicum penitùs expulsum fuerit, adeò ut Acidum aceticum dilutum adjectum nullas bullulas excitet.

CALX E TESTIS.

Eodem modo Calx fiat etiam è Testis.

LIQUOR CALCIS.

℞ Calcis selibram,
Aquæ destillatæ octarios duodecim;

Calci Aquam affunde, et simul agita; tum protinus vas contege, et sepone per horas tres; dein Liquorem cum Calce superstite in vasis vitreis obturatis serva, et, ubi utendum est, ex limpido Liquore sume.

CALCIS MURIAS.

℞ Salis qui restat post sublimationem Ammoniæ Subcarbonatis libras duas,
Aquæ octarium;

Misce et per chartam cola; vaporet liquor donec Sal exsiccetur. Hunc in vase accuratè obturato serva.

LIQUOR CALCIS MURIATIS.

℞ Calcis Muriatis uncias duas,
Aquæ destillatæ fluiduncias tres;

Calcis Muriatem in Aquâ liqua; tum per chartam cola.

CRETA PRÆPARATA.

℞ Cretæ libram;

Cretæ adjice Aquæ paululum, et tere, ut fiat pulvis subtilis. Hunc in vas amplum Aquâ plenum conjice; tum agita, et, brevi morâ interpositâ, in vas aliud Aquam adhuc turbidam supernatantem transmitte, et sepone, ut subsidat pulvis; denique effusâ Aquâ, pulverem exsicca.

MAGNESIA.

℞ Magnesiæ Subcarbonatis uncias quatuor;

Igne acerrimo ure per horas duas, vel donec Acidum aceticum dilutum instillatum nullas bullulas excitet.

MAGNESIÆ SUBCARBONAS.

℞ Magnesiæ Sulphatis libram,

Potassæ Subcarbonatis uncias novem,
Aquæ congios tres;

Potassæ Subcarbonatem in Aquæ octariis tribus, Magnesiæ Sulphatem in Aquæ octariis quinque, separatim liqua, et cola; dein Liquori Magnesiæ Sulphatis reliquam Aquam adjice, et coque; eique, dum ebullit, liquorem priorem admisce, spathâ assiduè movens; tum per linteum cola; denique pulverem, affusâ sæpius aquâ fervente, ablue, et calore gradûs 200mi super chartam bibulam exsicca.

METALLA, ET EORUM SALES.

PRÆPARATA EX ANTIMONIO.

ANTIMONII SULPHURETUM PRÆCIPITATUM.

℞ Antimonii Sulphureti contriti libras duas,
Liquoris Potassæ octarios quatuor,
Aquæ destillatæ octarios tres,
Acidi sulphurici diluti quantum satis sit;

Sulphuretum Antimonii, Liquorem Potassæ et Aquam inter se misce, et coque igne lento per horas tres, assiduè movens, adjectâ subinde Aquâ destillatâ, adeò ut eandem men-

suram semper impleat. Liquorem per linteum duplicatum protinùs cola, eique adhuc ferventi instilla paulatim Acidi sulphurici diluti quantum satis sit ad pulverem dejiciendum; tum Aquâ calidâ Potassæ Sulphatem ablue, Antimonii Sulphuretum præcipitatum exsicca, et in pulverem subtilem tere.

ANTIMONIUM TARTARIZATUM.

℞ Vitri Antimonii in pulverem subtilissimum contriti,
Potassæ Supertartratis contritæ, singulorum, libram,
Aquæ destillatæ ferventis congium;

Vitrum Antimonii cum Potassæ Supertartrate accuratè misce, et in Aquam destillatam ferventem paulatim conjice, spathâ assiduè movens; coque per quadrantem horæ, et sepone. Liquorem frigefactum cola, et liquorem colatum decoque ut fiant crystalli.

VINUM ANTIMONII TARTARIZATI.

℞ Antimonii tartarizati scrupulum,
Aquæ destillatæ ferventis fluiduncias octo,
Spiritûs rectificati fluiduncias duas;

Antimonium tartarizatum in Aquâ destillatâ fervente liqua; tum liquori colato spiritum adjice.

PULVIS ANTIMONIALIS.

℞ Antimonii Sulphureti contriti libram,
Cornuum rasorum libras duas;

Misce et conjice in crucibulum latum igne candens, et assiduè move donec vapor conspicuus non ampliùs ascendat. Quod restat in pulverem tere et crucibulo idoneo immitte. Tum ignem subministra et paulatim auge ut candeat per horas duas. Residuum tere ut fiat pulvis subtilissimus.

PRÆPARATUM EX ARGENTO.

ARGENTI NITRAS.

℞ Argenti unciam,
Acidi nitrici fluidunciam,
Aquæ destillatæ fluiduncias duas;

Acidum nitricum Aquâ misce, et in his Argentum balneo arenæ liqua. Dein calorem paulatim auge, ut siccetur Argenti Nitras. Hanc in crucibulo, lento igne, liquefac, donec, expulsâ Aquâ, cessaverit ebullitio; tum statim effunde in formas idoneas.

PRÆPARATA EX ARSENICO.

ARSENICUM ALBUM SUBLIMATUM.

Arsenicum album in pulverem tere; tum

conjice in crucibulum, et, admoto igne, in crucibulum aliud priori superimpositum sublima.

LIQUOR ARSENICALIS.

℞ Arsenici albi sublimati, in pulverem subtilissimum triti,
Potassæ Subcarbonatis ex Tartaro, singulorum, grana sexaginta quatuor,
Spiritûs Lavandulæ compositi fluidrachmas quatuor,
Aquæ destillatæ octarium;

Arsenicum album et Potassæ Subcarbonatem coque cum Aquâ in vase vitreo, donec Arsenicum omne liquetur. Liquori frigefacto adjice Spiritum Lavandulæ compositum. Denique adjice insuper Aquæ destillatæ quantum satis sit, ut mensuram octarii accuratè impleat.

PRÆPARATUM E BISMUTHO.

BISMUTHI SUBNITRAS.

℞ Bismuthi unciam,
Acidi nitrici fluidunciam cum semisse,
Aquæ destillatæ octarios tres;

Aquæ destillatæ fluidrachmas sex cum Acido nitrico misce, et Bismuthum in his liqua: tum cola. Aquæ quod reliquum est

liquori colato adjice, et sepone ut subsidat pulvis. Deinde effuso liquore supernatante Bismuthi Subnitratem Aquâ destillatâ ablue, et chartâ bibulâ involutam leni calore exsicca.

PRÆPARATA E CUPRO.

CUPRUM AMMONIATUM.

℞ Cupri Sulphatis unciam dimidiam,
Ammoniæ Subcarbonatis drachmas sex;

Tere simul in mortario vitreo, donec cessaverit ebullitio; deinde Cuprum ammoniatum, chartâ bibulâ involutum, leni calore exsicca.

LIQUOR CUPRI AMMONIATI.

℞ Cupri ammoniati drachmam,
Aquæ destillatæ octarium;

Liqua Cuprum ammoniatum in Aquâ, et per chartam cola.

PRÆPARATA E FERRO.

FERRUM AMMONIATUM.

℞ Ferri Subcarbonatis,
Acidi muriatici,
Ammoniæ Muriatis, singulorum, libram;

Ferri Subcarbonati superinfunde Acidum muriaticum, et sepone donec bullulæ non ampliùs excitentur. Liquorem per chartam cola, et colatum decoque donec omnis humor consumptus sit. Quod restat cum Ammoniæ Muriate diligenter misce: tum igne acri subjecto protinùs sublima: denique in pulverem tere.

FERRI SUBCARBONAS.

℞ Ferri Sulphatis uncias octo,
Sodæ Subcarbonatis uncias sex,
Aquæ ferventis congium;

Ferri Sulphatem et Sodæ Subcarbonatem separatim liqua in Aquæ octariis quatuor; tum liquores inter se misce, et sepone, ut pulvis subsidat; deinde, effuso liquore supernatante, Ferri Subcarbonatem Aquâ calidâ ablue, et chartâ bibulâ involutam leni calore exsicca.

FERRI SULPHAS.

℞ Ferri,
Acidi sulphurici, singulorum *pondere* uncias octo,
Aquæ octarios quatuor;

Acidum sulphuricum cum Aquâ in vase vitreo misce, hisque adjice Ferrum; tum,

ubi bullulæ exire cessaverint, liquorem per chartam cola, eumque ad ignem consume, adeò ut, dum frigescit, fiant crystalli. Has, effuso liquore, super chartam bibulam exsicca.

FERRUM TARTARIZATUM.

℞ Ferri libram,
Potassæ Supertartratis contritæ libras duas,
Aquæ destillatæ octarios quinque, vel quantum satis sit;

Ferrum et Potassæ Supertartratem simul tere, et in vase vitreo patulo cum Aquæ octario per dies viginti aëri expone, quotidie agitans, adjectâ subindè Aquâ destillatâ ut semper humida sint. Dein cum Aquæ destillatæ octariis quatuor coque per quadrantem horæ, et cola. Liquorem balneo aquoso consume donec Ferrum tartarizatum penitùs exsiccatum sit. Hoc in pulverem tere, et vase bene obturato serva.

LIQUOR FERRI ALKALINI.

℞ Ferri drachmas duas cum semisse,
Acidi nitrici fluiduncias duas,
Aquæ destillatæ fluiduncias sex,
Liquoris Potassæ Subcarbonatis fluiduncias sex;

Ferro superinfunde Acidum et Aquam inter se mista; tum, ubi bullulæ exire cessaverint, liquorem adhuc acidum effunde. Hunc, paulatim et ex intervallis, Liquori Potassæ Subcarbonatis adjice, subindè agitans, donec, facto jam colore fusco-rubicundo, bullulæ nullæ ampliùs excitentur. Denique sepone per horas sex, et liquorem effunde.

TINCTURA FERRI AMMONIATI.

℞ Ferri ammoniati uncias quatuor,
Spiritûs tenuioris octarium;

Macera, et cola.

TINCTURA FERRI MURIATIS.

℞ Ferri Subcarbonatis libram dimidiam,
Acidi muriatici octarium,
Spiritûs rectificati octarios tres;

Ferri Subcarbonati superinfunde Acidum in vase vitreo, et per triduum subindè agita. Sepone, ut fæces, si quæ sint, subsidant; dein liquorem effunde, eique adjice Spiritum.

VINUM FERRI.

℞ Ferri drachmam,
Potassæ Supertartratis contritæ drachmas sex,

Aquæ destillatæ octarios duos, vel quantum satis sit,
Spiritûs tenuioris fluiduncias viginti;

Ferrum et Potassæ Supertartratem simul tere, et in vase vitreo patulo cum Aquæ fluidunciâ per hebdomadas sex aëri expone, spathâ quotidie movens, adjectâ subinde Aquâ destillatâ ut semper humida sint. Dein leni calore exsicca, in pulverem tere, et cum Aquæ destillatæ fluidunciis triginta misce. Liquorem cola, et colato Spiritum adjice.

PRÆPARATA EX HYDRARGYRO.

HYDRARGYRUM CUM CRETA.

℞ Hydrargyri purificati *pondere* uncias tres,
Cretæ præparatæ uncias quinque;

Tere simul, donec globuli non ampliùs conspiciantur.

HYDRARGYRI NITRICO-OXYDUM.

℞ Hydrargyri purificati *pondere* libras tres,
Acidi nitrici *pondere* libram cum semisse,
Aquæ destillatæ octarios duos;

Misce in vase vitreo, et coque, donec li-

quetur Hydrargyrum, et, Aquâ consumptâ materia alba restet. Hanc tere in pulverem et in vas aliud quàm minimè profundum conjice; tum ignem lenem adhibe, eumque paulatim auge, donec vapor ruber prodire cessaverit.

HYDRARGYRI OXYDUM CINEREUM.

℞ Hydrargyri Submuriatis unciam.
Liquoris Calcis congium;

Hydrargyri Submuriatem in Liquore Calcis coque, assiduè movens, donec Oxydum Hydrargyri cinereum subsidat. Hoc Aquâ destillatâ lava; deinde exsicca.

HYDRARGYRI OXYDUM RUBRUM.

℞ Hydrargyri purificati *pondere* libram;

Immitte Hydrargyrum in vas vitreum altum, cui os angustum, et fundus latior sit. Vasi huic aperto calorem gradûs 600mi adhibe, donec Hydrargyrum in squamas rubras abierit; dein in pulverem subtilissimum tere.

HYDRARGYRI OXYMURIAS.

℞ Hydrargyri purificati *pondere* libras duas,

Acidi sulphurici *pondere* uncias triginta,
Sodæ Muriatis exsiccatæ libras quatuor ;

Hydrargyrum cum Acido sulphurico in vase vitreo coque, donec Hydrargyri Sulphas exsiccata fuerit ; hanc, ubi refrixerit, cum Sodæ Muriate in mortario fictili contere ; tum ex cucurbitâ vitreâ, calore sensim aucto, sublima.

LIQUOR HYDRARGYRI OXYMURIATIS.

℞ Hydrargyri Oxymuriatis grana octo,
Aquæ destillatæ fluiduncias quindecim,
Spiritûs rectificati fluidunciam ;

Hydrargyri Oxymuriatem in Aquâ destillatâ liqua, eique adjice Spiritum.

HYDRARGYRUM PRÆCIPITATUM ALBUM.

℞ Hydrargyri Oxymuriatis libram dimidiam,
Ammoniæ Muriatis uncias quatuor,
Liquoris Potassæ Subcarbonatis octarium dimidium,
Aquæ destillatæ octarios quatuor ;

Primò Ammoniæ Muriatem, dein Hydrargyri Oxymuriatem, in Aquâ destillatâ liqua, et his adjice Liquorem Potassæ Subcarbo-

natis. Pulverem demissum lava, donec saporis expers fuerit; tum exsicca.

HYDRARGYRUM PURIFICATUM.

Hydrargyrum in retortam ferream infunde, et, igne subjecto, destillet Hydrargyrum purificatum.

HYDRARGYRI SUBMURIAS.

℞ Hydrargyri purificati *pondere* libras quatuor,
Acidi sulphurici *pondere* uncias triginta,
Sodæ Muriatis libram cum semisse,
Ammoniæ Muriatis uncias octo;

Hydrargyri libras duas cum Acido sulphurico in vase vitreo coque, donec Hydrargyri Sulphas exsiccata fuerit; hanc ubi refrixerit cum Hydrargyri libris duabus, in mortario fictili contere ut optimè misceantur. Dein Sodæ Muriatem adjice, et simul tere, donec globuli non ampliùs conspiciantur: tum sublima. Sublimatum in pulverem subtilissimum contere, per cribrum transmitte, et cum Ammoniæ Muriate, in Aquæ destillatæ ferventis congio priùs liquefactâ, diligenter misce. Sepone ut subsidat pulvis. Liquorem effunde, et pulverem Aquâ destillatâ

fervente sæpiùs ablue, donec Liquore Ammoniæ instillato nihil dejiciatur. Denique fiat pulvis subtilissimus, eodem modo quo Cretam præparari præcepimus.

HYDRARGYRI SULPHURETUM NIGRUM.

℞ Hydrargyri purificati *pondere* libram,
Sulphuris sublimati libram;

Tere simul, donec globuli non ampliùs conspiciantur.

HYDRARGYRI SULPHURETUM RUBRUM.

℞ Hydrargyri purificati *pondere* uncias quadraginta,
Sulphuris sublimati uncias octo;

Hydrargyrum cum Sulphure ad ignem liquefacto misce, et, quamprimùm intumescat massa, vas ab igne remove, et fortiter tege, ne fiat inflammatio; deinde in pulverem tere, et sublima.

PRÆPARATA E PLUMBO.

PLUMBI ACETAS.

℞ Plumbi Subcarbonatis libram,
Acidi acetici fortioris octarium.

Aquæ destillatæ ferventis octarium cum semisse;

Misce Acidum cum Aquâ: his Plumbi Subcarbonatem paulatim adjice, et coque donec Acidum saturetur; deinde per chartam cola, et, Aquâ consumptâ donec pellicula subnascatur, sepone ut fiant crystalli. Has, effuso liquore, super chartam bibulam exsicca.

LIQUOR PLUMBI SUBACETATIS.

℞ Plumbi Oxydi semivitrei libras duas,
Acidi acetici diluti congium;

Misce, et decoque ad octarios sex, assiduè movens; dein sepone, ut subsidant fæces, et cola.

LIQUOR PLUMBI SUBACETATIS DILUTUS.

℞ Liquoris Plumbi Subacetatis fluidrachmam,
Aquæ destillatæ octarium,
Spiritûs tenuioris fluidrachmam;

Misce.

PRÆPARATA E ZINCO.

CALAMINA PRÆPARATA.

Calaminam ure; tum contere. Deinde fiat pulvis subtilissimus eodem modo, quo Cretam præparari præcepimus.

ZINCI OXYDUM.

℞ Zinci Sulphatis libram,
Liquoris Ammoniæ octarium, vel quantum satis sit,
Aquæ destillatæ octarium;

Zinci Sulphatem in Aquâ destillatâ liqua, et adjice Liquoris Ammoniæ quantum satis sit, ut Oxydum Zinci penitùs dejiciatur. Liquore effuso, pulverem Aquâ destillatâ sæpius ablue, et balneo arenæ exsicca.

ZINCI SULPHAS.

℞ Zinci frustulorum uncias quatuor,
Acidi sulphurici *pondere* uncias sex,
Aquæ destillatæ octarios quatuor;

Misce in vase vitreo, et, finitâ effervescentiâ, liquorem per chartam cola; tum decoque, donec pellicula subnascatur, et sepone, ut fiant crystalli.

SULPHUREA.

OLEUM SULPHURATUM.

℞ Sulphuris loti uncias duas,
Olivæ Olei octarium ;

Oleo in vase ferreo peramplo calefacto Sulphur paulatim injice, et spathâ assidue move, donec cöierint.

POTASSÆ SULPHURETUM.

℞ Sulphuris loti unciam,
Potassæ Subcarbonatis uncias duas ;

Tere simul, et in crucibulo clauso super ignem impone, donec cöierint.

SULPHUR LOTUM.

℞ Sulphuris sublimati libram ;

Aquam ferventem superinfunde, ut Acidum, si quod sit, penitùs abluatur ; dein sicca.

SULPHUR PRÆCIPITATUM.

℞ Sulphuris sublimati libram,
Calcis recentis libras duas,

Aquæ congios quatuor;

Sulphur et Calcem in Aquâ simul coque; tum liquorem per chartam cola, eique instilla Acidi muriatici quantum satis sit ut demittatur Sulphur. Denique hoc, superinfusâ sæpius Aquâ, lava, donec insipidum fiat.

VEGETABILIA.

Decerpenda sunt Vegetabilia ex locis et solo, ubi sponte nascuntur, tempestate siccâ, nec imbribus, nec rore madefacta; quotannis colligenda sunt, et quæ diutiùs servata fuerint rejicienda.

Radices pleræque effodiendæ sunt antequam caules aut folia exserant.

Cortices colligi debent eâ tempestate, quâ facillimè a ligno separari possint.

Folia decerpenda sunt postquam flores expassi fuerint: et antequam semina maturescant.

Flores legendi sunt nuper explicati.

Semina colligenda sunt jam matura, et

antequam è plantâ decidere inceperint. Hæc in propriis pericarpiis servari debent.

VEGETABILIUM PRÆPARATIO.

Vegetabilia, brevi postquam decerpta fuerint, illis exceptis quæ recentia esse oportet, leviter strata, quàm citissimè exsicca, calore tam leni ut color non mutetur; dein in locis, vel vasis aptis, intercluso luminis et humoris accessu, conserva.

Radices, quas recentes servari præcepimus, in arenâ siccâ reconde. Scillæ Radicem ante exsiccationem, tunicis aridis direptis, transversim in laminas tenues seca.

Fructus pulposos, si immaturi sint, vel maturi et sicci, sepone in loco humido, ut mollescant; dein pulpas per cribrum setaceum exprime; postea coque lento igne, crebrò movens; denique aquam balneo aquoso consume, donec pulpæ fiant idoneæ crassitudinis.

Cassiæ Lomentis contusis aquam ferventem superinfunde, ut pulpa eluatur, quam per cribrum grandioribus foraminibus primùm exprime, postea per setaceum; deinde aquam balneo aquoso consume, donec pulpa idoneam crassitudinem habeat.

Fructuum maturorum et recentium pul-

pam vel succum per cribrum exprime, nullâ coctione adhibitâ.

GUMMI-RESINÆ.

Opium a rebus alienis, præsertim externis, quàm diligentissimè separa. Servetur Opium molle, quod ad pilulas fingendas aptum sit, et durum, quod balneo aquoso ita exsiccatum fuerit, ut in pulverem teri possit.

Gummi-Resinæ pro optimis habendæ sunt, quæ electæ fuerint adeo sinceræ, ut nullâ purificatione opus sit. Quòd si minus puræ esse videantur, coque in Aquâ, donec mollescant, et prelo exprime per pannum cannabinum; dein sepone, ut pars resinosa subsidat. Liquorem supernatantem effusam balneo aquoso consume, adjectâ sub finem parte resinosâ, ut cum parte gummosâ in unum coeat.

Gummi-Resinæ facile liquescentes purificari possunt, injiciendo in vesicam bubulam, tenendoque in Aquâ fervente, donec adeò molles fiant, ut per pannum cannabinum à sordibus prelo separari possint.

Styracis Balsamum in Spiritu rectifi-

cato liqua, et cola; tum leni calore destille Spiritus, donec idonea crassitudo Balsamo fiat.

OLEA EXPRESSA.

OLEUM AMYGDALARUM.

Amygdalas vel dulces vel amaras, in Aquâ frigidâ macera per horas duodecim, et contunde; deinde, nullo calore adhibito, Oleum exprime.

OLEUM LINI.

Lini usitatissimi Semina contunde; deinde, nullo calore adhibito, Oleum exprime.

OLEUM RICINI.

Ricini Semina, demptis pelliculis, contunde; deinde, nullo calore adhibito, Oleum exprime.

OLEA DESTILLATA.

OLEUM ANISI,
ANTHEMIDIS,
CARUI,
JUNIPERI,
LAVANDULÆ,
MENTHÆ PIPERITÆ,
MENTHÆ VIRIDIS,
ORIGANI,
PIMENTÆ,
PULEGII,
ROSMARINI.

Anisi et Carui Semina, Anthemidis et Lavandulæ Flores, Juniperi et Pimentæ Baccæ, Rosmarini Cacumina, et reliquorum Herbæ recentes, adhibenda sunt.

Horum quodvis in alembicum immitte, et Aquæ adjice quantum id contegat; tum in vas frigidarium amplum destillet Oleum.

Aqua, quæ inter destillandum cum Oleis Carui, Menthæ piperitæ, et viridis, Pimentæ, et Pulegii prodit, in usum servetur.

OLEUM SUCCINI.

In alembicum immitte Succinum, ut de-stillent balneo arenæ, calore paulatim aucto Liquor acidus, Oleum, et Sal oleo inquinatus. Dein iterùm et tertiò Oleum destillet.

OLEUM TEREBINTHINÆ RECTIFICATUM.

℞ Olei Terebinthinæ octarium,
Aquæ octarios quatuor;
Destillet Oleum.

AQUÆ DESTILLATÆ.

AQUA DESTILLATA.

℞ Aquæ congios decem;

Destillent primùm octarii quatuor, quibus abjectis, destillent congii quatuor. Aquam destillatam in lagenâ vitreâ serva.

Aquarum quæ sequuntur singulis congiis adjice Spiritûs tenuioris fluiduncias quinque, ut integræ conserventur.

AQUA ANETHI.

℞ Anethi Seminum contusorum libram;

His affunde tantum Aquæ, ut, post destillationem, supersit quod satis sit ad prohibendum empyreuma. Destillet congius.

AQUA CARUI.

℞ Carui Seminum contusorum libram;

His affunde tantum Aquæ, ut, post destillationem, supersit quod satis sit ad prohibendum empyreuma. Destillet congius.

AQUA CINNAMOMI.

℞ Cinnamomi Corticis contusi libram, *vel*
Olei Cinnamomi *pondere* scrupulos quinque;

Oleo, vel Cortici in aquâ per horas quatuor et viginti macerato, affunde tantum Aquæ ut post destillationem supersit quod satis sit ad prohibendum empyreuma. Destillet congius.

AQUA FŒNICULI.

℞ Fœniculi Seminum contusorum libram;

His affunde tantum Aquæ, ut, post destillationem, supersit quod satis sit ad prohibendum empyreuma. Destillet congius.

AQUA MENTHÆ PIPERITÆ.

℞ Menthæ piperitæ exsiccatæ* libram cum semisse, *vel*
Olei Menthæ piperitæ *pondere* drachmas tres;

* Ubi herba recens adhibetur, pondere duplo utendum est.

Herbæ vel Oleo affunde tantum Aquæ, ut post destillationem supersit quod satis sit ad prohibendum empyreuma. Destillet congius.

AQUA MENTHÆ VIRIDIS.

℞ Menthæ viridis exsiccatæ* libram cum semisse, *vel*
Olei Menthæ viridis *pondere* drachmas tres;

Herbæ vel Oleo affunde tantum Aquæ, ut post destillationem supersit quod satis sit ad prohibendum empyreuma. Destillet congius.

AQUA PIMENTÆ.

℞ Pimentæ Baccarum contusarum libram dimidiam,
Aquæ octarium;

Macera Baccas in Aquâ per horas viginti quatuor; tum adjice tantum Aquæ, ut, post destillationem, supersit quod satis sit ad prohibendum empyreuma. Destillet congius.

AQUA PULEGII.

℞ Pulegii exsiccati* libram cum semisse *vel*

* Ubi herba recens adhibetur, pondere duplo utendum est.

Olei Pulegii *pondere* drachmas tres;

Herbæ vel Oleo affunde tantum Aquæ, ut post destillationem supersit quod satis sit ad prohibendum empyreuma. Destillet congius.

AQUA ROSÆ.

℞ Rosæ centifoliæ Petalorum libras octo;

His affunde tantum Aquæ, ut post destillationem supersit quod satis sit ad prohibendum empyreuma. Destillet congius.

INFUSA.

INFUSUM ANTHEMIDIS.

℞ Anthemidis Florum drachmas duas,
Aquæ ferventis octarium dimidium;

Macera per sextam horæ partem, in vase levitèr clauso, et cola.

INFUSUM ARMORACIÆ COMPOSITUM.

℞ Armoraciæ Radicis recentis concisæ,
Sinapis Seminum contusorum, singulorum unciam,
Spiritûs Armoraciæ compositi fluidunciam;
Aquæ ferventis octarium,

Macera Radicem in Aquâ per horas duas, in vase levitèr clauso, et cola; tum adjice Spiritum Armoraciæ compositum.

INFUSUM AURANTII COMPOSITUM.

℞ Aurantii Corticis exsiccati drachmas duas,
Limonum Corticis recentis drachmam,
Caryophyllorum contusorum drachmam dimidiam,
Aquæ ferventis octarium dimidium;

Macera per quartam horæ partem, in vase levitèr clauso, et cola.

INFUSUM CALUMBÆ.

℞ Calumbæ concisæ drachmas duas,
Aquæ ferventis octarium dimidium;

Macera per horas duas, in vase levitèr clauso, et cola.

INFUSUM CARYOPHYLLORUM.

℞ Caryophyllorum contusorum drachmam,
Aquæ ferventis octarium dimidium;

Macera per horas duas, in vase levitèr clauso, et cola.

INFUSUM CASCARILLÆ.

℞ Cascarillæ Corticis contusi unciam dimidiam,
Aquæ ferventis octarium dimidium;

Macera per horas duas in vase levitèr clauso, et cola.

INFUSUM CATECHU COMPOSITUM.

℞ Catechu Extracti drachmas duas cum semisse,
Cinnamomi Corticis contusi drachmam dimidiam,
Aquæ ferventis octarium dimidium;

Macera per horam in vase levitèr clauso, et cola.

INFUSUM CINCHONÆ.

℞ Cinchonæ lancifoliæ Corticis contusi unciam dimidiam,
Aquæ ferventis octarium dimidium;

Macera per horas duas in vase levitèr clauso, et cola.

INFUSUM CUSPARIÆ.

℞ Cuspariæ Corticis contusi drachmas duas,
Aquæ ferventis octarium dimidium;

Macera per horas duas, in vase levitèr clauso, et cola.

INFUSUM DIGITALIS.

℞ Digitalis Foliorum exsiccatorum drachmam,
Spiritûs Cinnamomi fluidunciam dimidiam,
Aquæ ferventis octarium dimidium;

Macera per horas quatuor in vase levitèr clauso, et cola; tum adjice Spiritum.

INFUSUM GENTIANÆ COMPOSITUM.

℞ Gentianæ Radicis concisæ,
Aurantii Corticis exsiccati, singulorum drachmam,
Limonum Corticis recentis drachmas duas,
Aquæ ferventis fluiduncias duodecim;

Macera per horam in vase levitèr clauso, et cola.

INFUSUM LINI COMPOSITUM.

℞ Lini usitatissimi Seminum contusorum unciam,
Glycyrrhizæ Radicis concisæ unciam dimidiam,

Aquæ ferventis octarios duos;

Macera per horas quatuor, prope ignem, vase levitèr clauso, et cola.

INFUSUM QUASSIÆ.

℞ Quassiæ Ligni concisi scrupulum,
Aquæ ferventis octarium dimidium;

Macera per horas duas in vase levitèr clauso, et cola.

INFUSUM RHEI.

℞ Rhei Radicis concisæ drachmam,
Aquæ ferventis octarium dimidium;

Macera per horas duas in vase levitèr clauso, et cola.

INFUSUM ROSÆ COMPOSITUM.

℞ Rosæ Gallicæ Petalorum exsiccatorum unciam dimidiam,
Acidi sulphurici diluti fluidrachmas tres,
Sacchari purificati unciam cum semisse,
Aquæ ferventis octarios duos cum semisse;

Aquam Rosæ Petalis superinfunde in vase vitreo; dein Acidum immisce, et macera per horam dimidiam. Denique liquorem cola, eique Saccharum adjice.

INFUSUM SENNÆ COMPOSITUM.

℞ Sennæ Foliorum unciam cum semisse,
Zingiberis Radicis concisæ drachmam,
Aquæ ferventis octarium;

Macera per horam in vase levitèr clauso, et liquorem cola.

INFUSUM SIMAROUBÆ.

℞ Simaroubæ Corticis contusi drachmam dimidiam,
Aquæ ferventis octarium dimidium;

Macera per horas duas in vase levitèr clauso, et cola.

INFUSUM TABACI.

℞ Tabaci Foliorum drachmam,
Aquæ ferventis octarium;

Macera per horam in vase levitèr clauso, et cola.

MUCILAGINES.

MUCILAGO ACACIÆ.

℞ Acaciæ Gummi contriti uncias quatuor,
Aquæ ferventis octarium dimidium;

Gummi cum Aquâ paulatim instillatâ tere, donec in Mucilaginem abeat.

MUCILAGO AMYLI.

℞ Amyli drachmas tres,
Aquæ octarium;

Amylum cum Aquâ paulatim instillatâ tere; dein coque, donec in Mucilaginem abeat.

DECOCTA.

DECOCTUM ALÖES COMPOSITUM.

℞ Extracti Glycyrrhizæ semunciam,
Potassæ Subcarbonatis scrupulos duos,
Alöes spicatæ Extracti contriti,
Myrrhæ contritæ,
Croci Stigmatum, singulorum drachmam,
Tincturæ Cardamomi compositæ fluiduncias quatuor,
Aquæ octarium;

Glycyrrhizam, Potassæ Subcarbonatem, Alöen, Myrrham, et Croci Stigmata decoque cum Aquâ ad fluiduncias duodecim, et cola; tum adjice Tincturam Cardamomi compositam.

DECOCTUM CINCHONÆ.

℞ Cinchonæ lancifoliæ Corticis contusi un-
ciam,
Aquæ octarium ;

Coque per sextam horæ partem in vas-
levitèr clauso, et liquorem adhuc calentem
cola.

DECOCTUM CYDONIÆ.

℞ Cydoniæ Seminum drachmas duas,
Aquæ octarium ;

Coque lento igne per sextam horæ par-
tem ; dein cola.

DECOCTUM DULCAMARÆ.

℞ Dulcamaræ Caulis concisi unciam,
Aquæ octarium cum semisse ;

Decoque ad octarium, et cola.

DECOCTUM HORDEI.

℞ Hordei Seminum uncias duas,
Aquæ octarios quatuor cum semisse ;

Res alienas Hordei Seminibus adhærentes
Aquâ frigidâ primùm ablue ; deindè, af-
fuso Aquæ octario dimidio, Semina paulisper
coque. Hâc Aquâ abjectâ, superinfunde quod

reliquum est, priùs fervefactum; tum decoque ad octarios duos, et cola.

DECOCTUM HORDEI COMPOSITUM.

℞ Decocti Hordei octarios duos,
Caricæ Fructûs concisi uncias duas,
Glycyrrhizæ Radicis concisæ et contusæ unciam dimidiam,
Uvarum passarum, demptis acinis, uncias duas,
Aquæ octarium;
Decoque ad octarios duos, et cola.

DECOCTUM LICHENIS.

℞ Lichenis unciam,
Aquæ octarium cum semisse;
Decoque ad octarium, et cola.

DECOCTUM MALVÆ COMPOSITUM.

℞ Malvæ exsiccatæ unciam,
Anthemidis Florum exsiccatorum unciam dimidiam,
Aquæ octarium;
Coque per quartam horæ partem, et cola.

DECOCTUM PAPAVERIS.

℞ Papaveris Capsularum concisarum uncias quatuor,
Aquæ octarios quatuor;

Coque per quartam horæ partem, et cola.

DECOCTUM QUERCÛS.

℞ Quercûs Corticis unciam,
Aquæ octarios duos;

Decoque ad octarium, et cola.

DECOCTUM SARSAPARILLÆ.

℞ Sarsaparillæ Radicis concisæ uncias quatuor,
Aquæ ferventis octarios quatuor;

Macera per horas quatuor, in vase levitèr clauso, prope ignem; dein Sarsaparillæ Radicem exime et contunde. Contusam liquori redde, et iterum simili modo macera per horas duas; dein decoque ad octarios duos, et cola.

DECOCTUM SARSAPARILLÆ COMPOSITUM.

℞ Decocti Sarsaparillæ ferventis octarios quatuor,

Sassafras Radicis concisæ,
Guaiaci Ligni rasi,
Glycyrrhizæ Radicis contusæ, singulorum unciam,
Mezerei Radicis Corticis drachmas tres;

Decoque per quartam horæ partem, et cola.

DECOCTUM SENEGÆ.

℞ Senegæ Radicis unciam,
Aquæ octarios duos;

Decoque ad octarium, et cola.

DECOCTUM ULMI.

℞ Ulmi Corticis recentis contusi uncias quatuor,
Aquæ octarios quatuor;

Decoque ad octarios duos, et cola.

DECOCTUM VERATRI.

℞ Veratri Radicis contritæ unciam,
Aquæ octarios duos,
Spiritûs rectificati fluiduncias duas;

Decoque Veratri Radicem ex Aquâ ad octarium, et cola; tum, postquam refrixerit, adjice Spiritum.

EXTRACTA.

In Extractis omnibus præparandis, humorem, balneo aquoso, in patinâ quamprimùm consume, donec fiat crassitudo ad pilulas fingendas idonea, et sub finem spathâ assiduè move.

Extractis omnibus mollioribus paululum Spiritûs rectificati insperge.

EXTRACTUM ACONITI.

℞ Aconiti Foliorum recentium libram;

Contunde in mortario lapideo, insperso exiguo Aquæ; dein exprime succum, eumque non defæcatum consume, donec idoneam crassitudinem habeat.

EXTRACTUM ALÖES PURIFICATUM.

℞ Alöes spicatæ Extracti contriti libram,
Aquæ ferventis congium;

Macera per triduum leni calore; dein cola, et sepone, ut fæces subsidant. Liquo-

rem defæcatum effunde, et consume, donec idoneam crassitudinem habeat.

EXTRACTUM ANTHEMIDIS.

℞ Anthemidis Florum exsiccatorum libram,
Aquæ congium;

Decoque ad octarios quatuor, et liquorem adhuc calentem cola; denique eum consume, donec idoneam crassitudinem habeat.

EXTRACTUM BELLADONNÆ.

℞ Belladonnæ Foliorum recentium libram;

Contunde in mortario lapideo, insperso exiguo Aquæ; dein exprime succum, eumque non defæcatum consume, donec idoneam crassitudinem habeat.

EXTRACTUM CINCHONÆ.

℞ Cinchonæ lancifoliæ Corticis contusi libram,
Aquæ congium;

Decoque ad octarios sex, et liquorem adhuc calentem cola. Eodem modo, ex pari Aquæ mensurâ quater decoque, et cola. Denique liquores omnes in unum mistos consume, donec idoneam crassitudinem habeant.

Hoc Extractum servari debet MOLLE, quod ad pilulas fingendas aptum sit, et DURUM, quod in pulverem teri possit.

EXTRACTUM CINCHONÆ RESINOSUM.

℞ Cinchonæ lancifoliæ Corticis contusi libras duas,
Spiritûs rectificati congium;

Macera per dies quatuor, et cola. Destillet tinctura balneo aquoso, donec idoneam crassitudinem habeat.

EXTRACTUM COLOCYNTHIDIS.

℞ Colocynthidis Pulpæ libram,
Aquæ congium;

Decoque ad octarios quatuor, et liquorem adhuc calentem cola; denique eum consume, donec idoneam crassitudinem habeat.

EXTRACTUM COLOCYNTHIDIS COMPOSITUM.

℞ Colocynthidis Pulpæ concisæ uncias sex,
Alöes spicatæ Extracti contriti uncias duodecim,
Scammoneæ Gummi-resinæ contritæ uncias quatuor,

Cardamomi Seminum contritorum unciam,
Saponis duri uncias tres,
Spiritûs tenuioris congium;

Macera Colocynthidis Pulpam in Spiritu, leni calore, per quatriduum. Liquorem cola, eique adjice Alöen, Scammoneam, et Saponem; dein Spiritum consume, donec idoneam crassitudinem habeat, et, sub finem, Cardamomi Semina admisce.

EXTRACTUM CONII.

℞ Conii recentis libram;

Contunde in mortario lapideo, insperso exiguo Aquæ; dein exprime succum, eumque non defæcatum consume, donec idoneam crassitudinem habeat.

EXTRACTUM ELATERII.

Elaterii Pepones maturos scinde, et succum levissimè expressum per cribrum setaceum tenuissimum in vas vitreum cola; deinde per aliquot horas sepone, donec crassior pars subsederit. Rejectâ parte tenuiore supernatante, partem crassiorem leni calore exsicca.

EXTRACTUM GENTIANÆ.

℞ Gentianæ Radicis concisæ libram,
Aquæ ferventis congium;

Macera per horas viginti quatuor; tum decoque ad octarios quatuor, et liquorem adhuc calentem cola; denique eum consume, donec idoneam crassitudinem habeat.

EXTRACTUM GLYCYRRHIZÆ.

℞ Glycyrrhizæ Radicis concisæ libram,
Aquæ ferventis congium;

Macera per horas viginti quatuor; tum decoque ad octarios quatuor, et liquorem adhuc calentem cola; denique eum consume, donec idoneam crassitudinem habeat.

EXTRACTUM HÆMATOXYLI.

℞ Hæmatoxyli Ligni contriti libram,
Aquæ ferventis congium;

Macera per horas viginti quatuor; tum decoque ad octarios quatuor, et liquorem adhuc calentem cola; denique eum consume, donec idoneam crassitudinem habeat.

EXTRACTUM HUMULI.

℞ Humuli Strobilorum uncias quatuor,
Aquæ congium;

Decoque ad octarios quatuor, et liquorem adhuc calentem cola; denique eum consume, donec idoneam crassitudinem habeat.

EXTRACTUM HYOSCYAMI. *

℞ Hyoscyami Foliorum recentium libram;

Contunde in mortario lapideo, insperso exiguo Aquæ; dein exprime succum, eumque non defæcatum consume, donec idoneam crassitudinem habeat.

EXTRACTUM JALAPÆ.

℞ Jalapæ Radicis contritæ libram,
Spiritûs rectificati octarios quatuor,
Aquæ congium;

Macera Jalapæ Radicem in Spiritu per quatriduum, et tincturam effunde. Residuum ex Aquâ decoque ad octarios duos. Dein tincturam et decoctum separatim cola, et hoc consumatur, illa destillet, donec utrumque spissescat. Postremò Extractum cum Resinâ misce, et consume, donec idoneam crassitudinem habeat.

* Ext. Henbane.

Servetur hoc Extractum MOLLE, quod ad pilulas fingendas aptum sit, et DURUM, quod in pulverem teri possit.

EXTRACTUM LACTUCÆ.

℞ Lactucæ foliorum recentium libram;

Contunde in mortario lapideo, insperso exiguo Aquæ: dein exprime succum, eumque non defæcatum consume, donec idoneam crassitudinem habeat.

EXTRACTUM OPII.

℞ Opii concisi uncias sedecim,
Aquæ congium;

Opio adjice exiguum Aquæ, et macera per horas duodecim, ut mollescat; tum, instillatâ paulatim reliquâ Aquâ, tere donec quàm optimè misceantur, et sepone, ut fæces subsidant; dein liquorem cola, et consume, donec idoneam crassitudinem habeat.

EXTRACTUM PAPAVERIS.

℞ Papaveris Capsularum contusarum, demptis seminibus, libram,
Aquæ ferventis congium;

Macera per horas viginti quatuor; tum decoque ad octarios quatuor, et liquorem

adhuc calentem cola; denique eum consume, donec idoneam crassitudinem habeat.

EXTRACTUM RHEI.

℞ Rhei Radicis contritæ libram,
Spiritûs tenuioris octarium,
Aquæ octarios septem;

Macera per quatriduum leni calore; dein cola, et sepone, ut fæces subsidant. Liquorem effunde, eumque defæcatum consume, donec idoneam crassitudinem habeat.

EXTRACTUM SARSAPARILLÆ.

℞ Sarsaparillæ Radicis concisæ libram,
Aquæ ferventis congium;

Macera per horas viginti quatuor; tum decoque ad octarios quatuor, et liquorem adhuc calentem cola; denique eum consume, donec idoneam crassitudinem habeat.

EXTRACTUM STRAMONII.

℞ Stramonii Seminum libram,
Aquæ ferventis congium;

Macera per horas quatuor in vase levitèr clauso prope ignem: dein Semina exime, et contunde in mortario lapideo: contusa liquori redde. Tum decoque ad octarios quatuor, et liquorem adhuc calentem cola. De-

nique eum consume, donec idoneam crassitudinem habeat.

EXTRACTUM TARAXACI.

℞ Taraxaci Radicis recentis contusæ libram,
Aquæ ferventis congium ;

Macera per horas viginti quatuor ; tum decoque ad octarios quatuor, et liquorem adhuc calentem cola ; denique eum consume, donec idoneam crassitudinem habeat.

MISTURÆ.

MISTURA AMMONIACI.

℞ Ammoniaci drachmas duas,
Aquæ octarium dimidium ;

Tere Ammoniacum cum Aquâ paulatim instillatâ, donec quàm optimè misceantur.

MISTURA AMYGDALARUM.

℞ Confectionis Amygdalarum uncias duas,
Aquæ destillatæ octarium ;

Confectioni Amygdalarum Aquam paulatim inter terendum adjice, donec misceantur ; dein cola.

MISTURA ASSAFŒTIDÆ.

℞ Assafœtidæ drachmas duas,
Aquæ octarium dimidium;

Tere Assafœtidam cum Aquâ paulatim instillatâ, donec quàm optimè misceantur.

MISTURA CAMPHORÆ.

℞ Camphoræ drachmam dimidiam,
Spiritûs rectificati minima decem,
Aquæ octarium;

Camphoram primùm cum Spiritu tere, deinde cum Aquâ paulatim instillatâ, et cola.

MISTURA CORNU USTI.

℞ Cornuum ustorum uncias duas,
Acaciæ Gummi contriti unciam,
Aquæ octarios tres;

Decoque ad octarios duos, assiduè movens; tum cola.

MISTURA CRETÆ.

℞ Cretæ præparatæ unciam dimidiam,
Sacchari purificati drachmas tres,
Acaciæ Gummi contriti unciam dimidiam,
Aquæ octarium;

Misce.

MISTURA FERRI COMPOSITA.

℞ Myrrhæ contritæ drachmam,
Potassæ Subcarbonatis grana vigint quinque,
Aquæ Rosæ fluiduncias septem cum se misse,
Ferri Sulphatis contritæ scrupulum,
Spiritûs Myristicæ fluidunciam dimidiam
Sacchari purificati drachmam ;

Myrrham cum Spiritu Myristicæ et Po tassæ Subcarbonate simul tere, hisque, inte terendum, primùm Aquam Rosæ cum Sac charo, deinde Ferri Sulphatem adjice. Mis turam statim in vas vitreum idoneum im mitte, idque obtura.

MISTURA GUAIACI.

℞ Guaiaci Gummi-resinæ drachmam cum semisse,
Sacchari purificati drachmas duas,
Mucilaginis Acaciæ Gummi fluidrachma duas,
Aquæ Cinnamomi fluiduncias octo ;

Tere Guaiacum cum Saccharo, deinde cum Mucilagine, hisque, inter terendum, Aquam Cinnamomi paulatim adjice.

MISTURA MOSCHI.

℞ Moschi,
Acaciæ Gummi contriti,
Sacchari purificati, singulorum drachmam,
Aquæ Rosæ fluiduncias sex;

Tere Moschum cum Saccharo, deinde cum Gummi, instillatâ paulatim Aquâ Rosæ.

SPIRITUS.

ALCOHOL.

℞ Spiritûs rectificati congium,
Potassæ Subcarbonatis libras tres;

Spiritui injice Potassæ Subcarbonatis libram, ad gradum trecentesimum prius calefactam, et per horas viginti quatuor macera, sæpiùs movens; tum effuso Spiritui adjice Potassæ Subcarbonatis quod reliquum est, ad eundem gradum calefactum; denique balneo aquoso destillet Alcohol, quod servandum est in vase obturato.

Alcoholis pondus specificum est ad pondus specificum Aquæ destillatæ, ut .815 ad 1.000.

SPIRITUS AMMONIÆ.

℞ Spiritûs tenuioris octarios tres,
Ammoniæ Muriatis uncias quatuor,
Potassæ Subcarbonatis uncias sex;

Misce, et lento igne in receptaculum frigefactum destillet octarius cum semisse.

SPIRITUS AMMONIÆ AROMATICUS.

℞ Cinnamomi Corticis contusi,
Caryophyllorum contusorum, singulorum drachmas duas,
Limonum Corticis uncias quatuor,
Potassæ Subcarbonatis libram dimidiam,
Ammoniæ Muriatis uncias quinque,
Spiritûs rectificati octarios quatuor,
Aquæ congium;

Misce, et destillent octarii sex.

SPIRITUS AMMONIÆ FŒTIDUS.

℞ Spiritûs Ammoniæ octarios duos,
Assafœtidæ uncias duas;

Macera per horas duodecim; tum lento igne in receptaculum frigefactum destillet octarius cum semisse.

SPIRITUS AMMONIÆ SUCCINATUS.

℞ Mastiches drachmas tres,
Spiritûs rectificati fluidrachmas novem,

Lavandulæ Olei minima quatuordecim,
Succini Olei minima quatuor,
Liquoris Ammoniæ fluiduncias decem;

Mastichen in Spiritu macera, ut liquetur, et tincturam defæcatam effunde; tum cætera adjice, et omnia simul agita.

SPIRITUS ANISI.

℞ Anisi Seminum contusorum libram dimidiam,
Spiritûs tenuioris congium,
Aquæ quod satis sit ad prohibendum empyreuma;

Macera per horas viginti quatuor; tum lento igne destillet congius.

SPIRITUS ARMORACIÆ COMPOSITUS.

℞ Armoraciæ Radicis recentis concisæ,
Aurantii Corticis exsiccati, singulorum libram,
Myristicæ Nucleorum contusorum unciam dimidiam,
Spiritûs tenuioris congium,
Aquæ quod satis sit ad prohibendum empyreuma;

Macera per horas viginti quatuor; tum lento igne destillet congius.

SPIRITUS CAMPHORÆ.

℞ Camphoræ uncias quatuor,
Spiritûs rectificati octarios duos;
Misce, ut liquetur Camphora.

SPIRITUS CARUI.

℞ Carui Seminum contusorum libram cum semisse,
Spiritûs tenuioris congium,
Aquæ quod satis sit ad prohibendum empyreuma;

Macera per horas viginti quatuor; tum lento igne destillet congius.

SPIRITUS CINNAMOMI.

℞ Olei Cinnamomi *pondere* scrupulos quinque,
Spiritûs rectificati octarios quatuor cum semisse;

Oleo Spiritum adjice, et tantum Aquæ affunde, ut post destillationem supersit quod satis sit ad prohibendum empyreuma; tum lento igne destillet congius.

SPIRITUS COLCHICI AMMONIATUS.

℞ Colchici Seminum contusorum uncias duas,

Spiritûs Ammoniæ aromatici octarium;
Macera per dies quatuordecim et cola.

SPIRITUS JUNIPERI COMPOSITUS.

℞ Juniperi Baccarum contusarum libram,
Carui Seminum contusorum,
Fœniculi Seminum contusorum, singulorum unciam cum semisse,
Spiritûs tenuioris congium,
Aquæ quod satis sit ad prohibendum empyreuma;

Macera per horas viginti quatuor; tum lento igne destillet congius.

SPIRITUS LAVANDULÆ.

℞ Lavandulæ Florum recentium libras duas,
Spiritûs rectificati congium,
Aquæ quod satis sit ad prohibendum empyreuma;

Macera per horas viginti quatuor; tum lento igne destillet congius.

SPIRITUS LAVANDULÆ COMPOSITUS.

℞ Spiritûs Lavandulæ octarios tres;
Spiritûs Rosmarini octarium,
Cinnamomi Corticis contusi,

Myristicæ Nucleorum contusorum, singulorum unciam dimidiam,
Pterocarpi Ligni concisi unciam;
Macera per dies quatuordecim, et cola.

SPIRITUS MENTHÆ PIPERITÆ.

℞ Olei Menthæ piperitæ *pondere* scrupulos sex cum semisse,
Spiritûs rectificati octarios quatuor cum semisse;

Oleo Spiritum adjice, et tantum Aquæ affunde, ut post destillationem supersit quod satis sit ad prohibendum empyreuma; tum lento igne destillet congius.

SPIRITUS MENTHÆ VIRIDIS.

℞ Olei Menthæ viridis *pondere* scrupulos sex cum semisse,
Spiritûs rectificati octarios quatuor cum semisse;

Oleo Spiritum adjice, et tantum Aquæ affunde, ut post destillationem supersit quod satis sit ad prohibendum empyreuma; tum lento igne destillet congius.

SPIRITUS MYRISTICÆ.

℞ Myristicæ Nucleorum contusorum uncias duas,

Spiritûs tenuioris congium,
Aquæ quod satis sit ad prohibendum empyreuma;

Macera per horas viginti quatuor; tum lento igne destillet congius.

SPIRITUS PIMENTÆ.

℞ Pimentæ Baccarum contusarum uncias duas,
Spiritûs tenuioris congium,
Aquæ quod satis sit ad prohibendum empyreuma;

Macera per horas viginti quatuor; tum lento igne destillet congius.

SPIRITUS PULEGII.

℞ Olei Pulegii *pondere* scrupulos septem,
Spiritûs rectificati octarios quatuor cum semisse;

Oleo Spiritum adjice, et tantum Aquæ affunde, ut post destillationem supersit quod satis sit ad prohibendum empyreuma; tum lento igne destillet congius.

SPIRITUS ROSMARINI.

℞ Olei Rosmarini *pondere* unciam,
Spiritûs rectificati congium;

Oleo Spiritum adjice, et tantum Aquæ affunde, ut post destillationem supersit quod satis sit ad prohibendum empyreuma; tum lento igne destillet congius.

TINCTURÆ.

Tincturæ omnes in vasis vitreis clausis præparari, et inter macerandum sæpiùs agitari, debent.

TINCTURA ALÖES.

℞ Alöes spicatæ Extracti contriti unciam dimidiam,
Extracti Glycyrrhizæ unciam cum semisse,
Aquæ octarium,
Spiritûs rectificati fluiduncias quatuor;

Macera per dies quatuordecim, et cola.

TINCTURA ALÖES COMPOSITA.

℞ Alöes spicatæ Extracti contriti,
Croci Stigmatum, singulorum uncias tres,
Tincturæ Myrrhæ octarios duos;

Macera per dies quatuordecim, et cola.

TINCTURA ASSAFŒTIDÆ.

℞ Assafœtidæ uncias quatuor,
Spiritûs rectificati octarios duos;

Macera per dies quatuordecim, et cola.

TINCTURA AURANTII.

℞ Aurantii Corticis recentis uncias tres,
Spiritûs tenuioris octarios duos;

Macera per dies quatuordecim, et cola.

TINCTURA BENZÖINI COMPOSITA.

℞ Benzöini uncias tres,
Styracis Balsami colati uncias duas,
Balsami Tolutani unciam,
Alöes spicatæ Extracti unciam dimidiam,
Spiritûs rectificati octarios duos;

Macera per dies quatuordecim, et cola.

TINCTURA CALUMBÆ.

℞ Calumbæ concisæ uncias duas cum semisse,
Spiritûs tenuioris octarios duos;

Macera per dies quatuordecim, et cola.

TINCTURÆ CAMPHORÆ COMPOSITA.

℞ Camphoræ scrupulos duos,
Opii duri contriti,
Acidi Benzöici, singulorum drachmam,
Spiritûs tenuioris octarios duos;

Macera per dies quatuordecim, et cola.

TINCTURA CANTHARIDIS.

℞ Cantharidis contusæ drachmas tres,
Spiritûs tenuioris octarios duos;

Macera per dies quatuordecim, et cola.

TINCTURA CAPSICI.

℞ Capsici Baccarum unciam,
Spiritûs tenuioris octarios duos;

Macera per dies quatuordecim, et cola.

TINCTURA CARDAMOMI.

℞ Cardamomi Seminum contusorum uncias tres,
Spiritûs tenuioris octarios duos;

Macera per dies quatuordecim, et cola.

TINCTURA CARDAMOMI COMPOSITA.

℞ Cardamomi Seminum,

Carui Seminum,
Cocci, singulorum contritorum drachmas duas,
Cinnamomi Corticis contusi unciam dimidiam,
Uvarum passarum, demptis acinis, uncias quatuor,
Spiritûs tenuioris octarios duos;

Macera per dies quatuordecim, et cola.

TINCTURA CASCARILLÆ.

℞ Cascarillæ Corticis contriti uncias quatuor,
Spiritûs tenuioris octarios duos;

Macera per dies quatuordecim, et cola.

TINCTURA CASTOREI.

℞ Castorei contriti uncias duas,
Spiritûs rectificati octarios duos;

Macera per dies septem, et cola.

TINCTURA CATECHU.

℞ Catechu Extracti uncias tres,
Cinnamomi Corticis contusi uncias duas,
Spiritûs tenuioris octarios duos;

Macera per dies quatuordecim, et cola.

TINCTURA CINCHONÆ.

℞ Cinchonæ lancifoliæ Corticis contriti uncias septem,
Spiritûs tenuioris octarios duos;
Macera per dies quatuordecim, et cola.

TINCTURA CINCHONÆ AMMONIATA.

℞ Cinchonæ lancifoliæ Corticis contriti uncias quatuor,
Spiritûs Ammoniæ aromatici octarios duos;
Macera per dies decem, et cola.

TINCTURA CINCHONÆ COMPOSITA.

℞ Cinchonæ lancifoliæ Corticis contriti uncias duas,
Aurantii Corticis exsiccati unciam cum semisse,
Serpentariæ Radicis contusæ drachmas tres,
Croci Stigmatum drachmam,
Cocci contriti scrupulos duos,
Spiritûs tenuioris fluiduncias viginti;
Macera per dies quatuordecim, et cola.

TINCTURA CINNAMOMI.

℞ Cinnamomi Corticis contusi uncias tres,
Spiritûs tenuioris octarios duos;
Macera per dies quatuordecim, et cola.

TINCTURA CINNAMOMI COMPOSITA.

℞ Cinnamomi Corticis contusi drachmas sex,
Cardamomi Seminum contusorum drachmas tres,
Piperis longi Fructûs contriti,
Zingiberis Radicis concisæ, singulorum drachmas duas,
Spiritûs tenuioris octarios duos;
Macera per dies quatuordecim, et cola.

TINCTURA DIGITALIS.

℞ Digitalis Foliorum exsiccatorum uncias quatuor,
Spiritûs tenuioris octarios duos;
Macera per dies quatuordecim, et cola.

TINCTURA GENTIANÆ COMPOSITA.

℞ Gentianæ Radicis concisæ uncias duas,
Aurantii Corticis exsiccati unciam,

K

Cardamomi Seminum contusorum unciam dimidiam,
Spiritûs tenuioris octarios duos;
Macera per dies quatuordecim, et cola.

TINCTURA GUAIACI.

℞ Guaiaci Gummi-resinæ contritæ libram dimidiam,
Spiritûs rectificati octarios duos;
Macera per dies quatuordecim, et cola.

TINCTURA GUAIACI AMMONIATA.

℞ Guaiaci Gummi-resinæ contritæ uncias quatuor,
Spiritûs Ammoniæ aromatici octarium cum semisse;
Macera per dies quatuordecim, et cola.

TINCTURA HELLEBORI NIGRI.

℞ Hellebori nigri Radicis concisæ uncias quatuor,
Spiritûs tenuioris octarios duos;
Macera per dies quatuordecim, et cola.

TINCTURA HUMULI.

℞ Humuli Strobilorum uncias quinque,
Spiritûs tenuioris octarios duos;
Macera per dies quatuordecim, et cola.

TINCTURA HYOSCYAMI.

℞ Hyoscyami Foliorum exsiccatorum uncias quatuor,
Spiritûs tenuioris octarios duos;
Macera per dies quatuordecim, et cola.

TINCTURA JALAPÆ.

℞ Jalapæ Radicis contritæ uncias octo,
Spiritûs tenuioris octarios duos;
Macera per dies quatuordecim, et cola.

TINCTURA KINO.

℞ Kino contriti uncias tres,
Spiritûs rectificati octarios duos;
Macera per dies quatuordecim, et cola.

TINCTURA MYRRHÆ.

℞ Myrrhæ contusæ uncias quatuor,

Spiritûs rectificati octarios tres;
Macera per dies quatuordecim, et cola.

TINCTURA OPII.

℞ Opii duri contriti uncias duas cum semisse;
Spiritûs tenuioris octarios duos;
Macera per dies quatuordecim, et cola.

TINCTURA RHEI.

℞ Rhei Radicis concisæ uncias duas,
Cardamomi Seminum contusorum unciam dimidiam,
Croci Stigmatum drachmas duas,
Spiritûs tenuioris octarios duos;
Macera per dies quatuordecim, et cola.

TINCTURA RHEI COMPOSITA.

℞ Rhei Radicis concisæ uncias duas,
Glycyrrhizæ Radicis contusæ unciam dimidiam,
Zingiberis Radicis concisæ,
Croci Stigmatum, singulorum drachmas duas,
Spiritûs tenuioris octarium,
Aquæ fluiduncias duodecim;

Macera per dies quatuordecim, et cola.

TINCTURA SCILLÆ.

℞ Scillæ Radicis recèns exsiccatæ uncias quatuor,
Spiritûs tenuioris octarios duos;
Macera per dies quatuordecim, et cola.

TINCTURA SENNÆ.

℞ Sennæ Foliorum uncias tres,
Carui Seminum contusorum drachmas tres,
Cardamomi Seminum contusorum drachmam,
Uvarum passarum, demptis acinis, uncias quatuor,
Spiritûs tenuioris octarios duos;
Macera per dies quatuordecim, et cola.

TINCTURA SERPENTARIÆ.

℞ Serpentariæ Radicis uncias tres,
Spiritûs tenuioris octarios duos;
Macera per dies quatuordecim, et cola.

TINCTURA VALERIANÆ.

℞ Valerianæ Radicis uncias quatuor,
Spiritûs tenuioris octarios duos;
Macera per dies quatuordecim, et cola.

TINCTURA VALERIANÆ AMMONIATA.

℞ Valerianæ Radicis uncias quatuor,
Spiritûs Ammoniæ aromatici octarios duos;
Macera per dies quatuordecim, et cola.

TINCTURA ZINGIBERIS.

℞ Zingiberis Radicis concisæ uncias duas,
Spiritûs rectificati octarios duos;
Macera per dies quatuordecim, et cola.

ÆTHEREA.

ÆTHER SULPHURICUS.

℞ Spiritûs rectificati,
Acidi sulphurici, singulorum *pondere* libram cum semisse;
Spiritum retortæ vitreæ infunde, eique

Acidum paulatim adjice, sæpiùs agitans, et cavens ne gradum 120^{mum} calor excedat, donec misceantur. Dein in arenam, ad gradum 200^{mum} priùs calefactam, cautè impone, ut quàm celerrimè ebulliat liquor, transeatque Æther in receptaculum tubulatum, cui aptatum sit vas recipiens glacie vel aquâ refrigeratum. Destillet liquor, donec pars aliqua gravior transire incipiat, quæ sub Æthere in fundo receptaculi conspiciatur. Liquori qui restat in retortâ rursus Spiritûs rectificati uncias duodecim affunde, ut simili modo destillet Æther.

ÆTHER RECTIFICATUS.

℞ Ætheris sulphurici fluiduncias quatuordecim,
Potassæ fusæ unciam dimidiam,
Aquæ destillatæ fluiduncias undecim;

Potassam in Aquæ fluidunciis duabus primùm liqua, eique Ætherem adjice, assiduè agitans, donec misceantur; tum, calore gradûs circiter 120^{mi}, ex retortâ amplâ destillent in vas refrigeratum Ætheris fluidunciæ duodecim; destillatum cum Aquæ fluidunciis novem simul agita, et sepone ut subsidat Aqua. Denique Ætherem rectificatum supernatantem effunde, et vase bene obturato serva.

OLEUM ÆTHEREUM.

Post destillationem Ætheris sulphuric leni calore, destillet iterum liquor, done spuma nigra intumescat; tum protinùs a igne retortam remove. Liquori qui restat i retortâ Aquam adjice, ut supernatet par oleosa. Hanc aufer, eique admisce Liquori Calcis quantum satis sit, ad acidum, quo inest, saturandum, et simul agita. Deniqu Oleum æthereum separatum exime.

SPIRITUS ÆTHERIS AROMATICUS.

℞ Cinnamomi Corticis contusi drachma tres,
Cardamomi Seminum contritorum drach mam cum semisse,
Piperis longi Fructûs contriti,
Zingiberis Radicis concisæ, singulorum drachmam,
Spiritûs Ætheris sulphurici octarium;

Macera per dies quatuordecim, in vase vitreo obturato, et cola.

SPIRITUS ÆTHERIS NITRICI.

℞ Spiritûs rectificati octarios duos,
Acidi nitrici *pondere* uncias tres;

Spiritui Acidum paulatim adjice, et misce,

cavens ne gradum 120^{mum} calor excedat; tum, leni calore, destillent fluidunciæ viginti quatuor.

SPIRITUS ÆTHERIS SULPHURICI.

℞ Ætheris rectificati octarium dimidium,
Spiritûs rectificati octarium;
Misce.

SPIRITUS ÆTHERIS SULPHURICI COMPOSITUS.

℞ Spiritûs Ætheris sulphurici octarium,
Olei Ætherei fluidrachmas duas;
Misce.

VINA.

VINUM ALÖES.

℞ Alöes spicatæ Extracti uncias octo,
Canellæ Corticis uncias duas,
Spiritûs tenuioris,
Aquæ destillatæ, singulorum octarios quatuor;
Alöen cum arenâ albâ, sordibus purgatâ,

in pulverem tere; Canellæ Corticem etiam in pulverem tere; hisque, inter se mistis Spiritum et Aquam affunde. Macera per dies quatuordecim, subinde movens, et cola.

VINUM COLCHICI.

℞ Colchici Radicis recentis concisæ libram,
Spiritûs tenuioris fluiduncias quatuor,
Aquæ destillatæ fluiduncias octo;

Macera per dies quatuordecim, et cola.

VINUM IPECACUANHÆ.

℞ Ipecacuanhæ Radicis contusæ uncias duas,
Spiritûs tenuioris fluiduncias duodecim,
Aquæ destillatæ fluiduncias viginti;

Macera per dies quatuordecim, et cola.

VINUM OPII.

℞ Extracti Opii unciam,
Cinnamomi Corticis contusi,
Caryophyllorum contusorum, singulorum drachmam,
Spiritûs tenuioris fluiduncias sex,
Aquæ destillatæ fluiduncias decem;

Macera per dies octo, et cola.

VINUM VERATRI.

℞ Veratri Radicis concisæ uncias octo,
Spiritûs tenuioris octarium,
Aquæ destillatæ octarium cum semisse;

Macera per dies quatuordecim, et cola.

ACETICA.

ACETUM COLCHICI.

℞ Colchici Radicis recentis concisæ unciam,
Acidi acetici diluti octarium,
Spiritûs tenuioris fluidunciam;

Colchici Radicem macera cum Acido, in vase vitreo clauso, per dies tres; dein exprime, et sepone, ut fæces subsidant; denique liquori defæcato Spiritum adjice.

ACETUM SCILLÆ.

℞ Scillæ Radicis recèns exsiccatæ libram,
Acidi acetici diluti octarios sex,
Spiritûs tenuioris octarium dimidium;

Scillæ Radicem macera cum Acido, leni calore, in vase vitreo clauso, per horas viginti quatuor; dein exprime, et sepone, ut fæces subsidant; denique liquori defæcato Spiritum adjice.

MELLITA.

MEL DESPUMATUM.

Mel in balneo aquoso liqua; tum spumam aufer.

MEL BORACIS.

℞ Sodæ Subboratis contritæ drachmam,
Mellis despumati unciam;

Misce.

MEL ROSÆ.

℞ Rosæ Gallicæ Petalorum exsiccatorum uncias quatuor,
Aquæ ferventis octarios tres,
Mellis despumati libras quinque;

Macera Rosæ Petala in Aquâ per horas sex; deindè liquori colato adjice Mel, et balneo aquoso ad idoneam crassitudinem decoque.

OXYMEL SIMPLEX.

℞ Mellis despumati libras duas,
Acidi acetici diluti octarium;

Decoque in vase vitreo, lento igne, ad idoneam crassitudinem.

OXYMEL SCILLÆ.

℞ Mellis despumati libras tres,
Aceti Scillæ octarios duos;

Decoque in vase vitreo, lento igne, ad idoneam crassitudinem.

SYRUPI.

Conserventur Syrupi in loco, ubi calor gradum 55^{tum} nunquam excedat.

SYRUPUS ALTHÆÆ.

℞ Althææ Radicis recentis contusæ libram dimidiam,
Sacchari purificati libras duas,
Aquæ octarios quatuor;

Decoque Aquam cum Radice ad dimidium, et liquorem frigefactum exprime. Sepone per horas viginti quatuor, ut fæces subsidant; tum liquorem effunde, atque, adjecto Saccharo, ad idoneam crassitudinem decoque.

SYRUPUS AURANTIORUM.

℞ Aurantiorum Corticis recentis uncias duas,
Aquæ ferventis octarium,
Sacchari purificati libras tres;

Macera Corticem in Aquâ per horas duodecim, in vase levitèr clauso; tum liquorem effunde, eique Saccharum adjice.

SYRUPUS CROCI.

℞ Croci Stigmatum unciam,
Aquæ ferventis octarium,
Sacchari purificati libras duas cum semisse;

Macera Croci Stigmata in Aquâ per horas duodecim, in vase levitèr clauso; deinde liquorem cola, et Saccharum adjice.

SYRUPUS LIMONUM.

℞ Limonum Succi colati octarium,
Sacchari purificati libras duas;

Liqua Saccharum in Succo Limonum, eodem modo quo de Syrupo simplici præceptum est.

SYRUPUS MORI.

℞ Mori Succi colati octarium,
Sacchari purificati libras duas;

Liqua Saccharum in Succo Mori eodem modo quo de Syrupo simplici præceptum est.

SYRUPUS PAPAVERIS.

℞ Papaveris Capsularum exsiccatarum et contusarum, demptis seminibus, uncias quatuordecim,
Sacchari purificati libras duas,
Aquæ ferventis congios duos cum semisse;

Macera Capsulas in Aquâ per horas viginti quatuor; tum balneo aquoso ad congium decoque, et fortitèr exprime. Liquorem colatum iterum decoque ad octarios duos, et adhuc ferventem cola. Sepone per horas duodecim, ut fæces subsidant; tum liquorem defæcatum decoque ad octarium, et Saccharum adjice, eodem modo quo de Syrupo simplici præceptum est.

SYRUPUS RHAMNI.

℞ Rhamni Baccarum Succi recentis octarios quatuor,
Zingiberis Radicis concisæ,
Pimentæ Baccarum contritarum, singulorum unciam dimidiam,

Sacchari purificati libras tres cum se-
misse;

Sepone Succum per triduum, ut fæces subsidant, et cola. Succi defæcati octario Zingiberis Radicem et Pimentæ Baccas adjice; tum macera leni calore per horas quatuor, et cola; quod reliquum est ad mensuram octarii cum semisse decoque; liquores misce; et Saccharum adjice, eodem modo quo de Syrupo simplici præceptum est.

SYRUPUS RHŒADOS.

℞ Rhœados Petalorum recentium libram,
Aquæ ferventis octarium cum fluidunciis
duabus,
Sacchari purificati libras duas cum se-
misse;

Aquæ, balneo aquoso calefactæ, Rhœados Petala paulatim adjice, subinde movens; tum, vase remoto, macera per horas duodecim; dein liquorem exprime, et sepone, ut fæces subsidant; denique Saccharum adjice, eodem modo quo de Syrupo simplici præceptum est.

SYRUPUS ROSÆ.

℞ Rosæ centifoliæ Petalorum exsiccatorum
uncias septem,

Sacchari purificati libras sex,
Aquæ ferventis octarios quatuor;

Macera Rosæ Petala in Aquâ per horas duodecim, et cola. Liquorem colatum balneo aquoso consume ad octarios duos cum semisse; dein Saccharum adjice, eodem modo quo de Syrupo simplici præceptum est.

SYRUPUS SARSAPARILLÆ.

℞ Sarsaparillæ Radicis concisæ libram,
Aquæ ferventis congium,
Sacchari purificati libram;

Macera Radicem in Aquâ per horas viginti quatuor; tum decoque ad octarios quatuor, et liquorem adhuc calentem cola; dein adjice Saccharum, et ad idoneam crassitudinem consume.

SYRUPUS SENNÆ.

℞ Sennæ Foliorum uncias duas,
Fœniculi Seminum contusorum unciam,
Mannæ uncias tres,
Sacchari purificati libram,
Aquæ ferventis octarium;

Sennæ Folia et Fœniculi Semina in Aquâ macera leni calore per horam. Liquorem cola, et cum hoc Mannam et Saccharum

misce; dein decoque ad idoneam crassitudi-
nem.

SYRUPUS SIMPLEX.

℞ Sacchari purificati libras duas cum se-
misse,
Aquæ octarium;

Liqua Saccharum in aquâ balneo aquoso
tum sepone per horas viginti quatuor; dei-
spumam aufer, et à fæcibus, si quæ sint, li-
quorem purum effunde.

SYRUPUS TOLUTANUS.

℞ Balsami Tolutani unciam,
Aquæ ferventis octarium,
Sacchari purificati libras duas;

Coque Balsamum in Aquâ per horam di-
midiam in vase clauso, subinde movens, e
liquorem refrigeratum cola; dein Saccharu-
adjice, eodem modo quo de Syrupo simplic
præceptum est.

SYRUPUS ZINGIBERIS.

℞ Zingiberis Radicis concisæ uncias duas,
Aquæ ferventis octarium,
Sacchari purificati libras duas;

Macera Zingiberis Radicem in Aquâ pe
horas quatuor, et cola; dein Saccharum ad

jice, eodem modo quo de Syrupo simplici præceptum est.

CONFECTIONES.

Confectiones, si diu servatæ indurescant, Aquâ humectandæ sunt, ut idonea crassitudo restituatur.

CONFECTIO AMYGDALARUM.

℞ Amygdalarum dulcium unciam,
Acaciæ Gummi contriti drachmam,
Sacchari purificati unciam dimidiam;

Amygdalis priùs in Aquâ maceratis, demptisque pelliculis, omnia simul contunde, donec corpus unum sit.

CONFECTIO AROMATICA.

℞ Cinnamomi Corticis,
Myristicæ Nucleorum, singulorum uncias duas,
Caryophyllorum unciam,
Cardamomi Seminum unciam dimidiam,
Croci Stigmatum exsiccatorum uncias duas,

Testarum præparatarum uncias sedecim,
Sacchari purificati contriti libras duas,
Aquæ octarium;

Arida simul in pulverem subtilissimum tere; tum Aquam paulatim adjice, et misce donec corpus unum sit.

CONFECTIO AURANTIORUM.

℞ Aurantiorum Corticis exterioris recentis, radulâ separati, libram,
Sacchari purificati libras tres;

Corticem, in mortario lapideo, pistillo ligneo contunde; tum, adjecto Saccharo, iterum contunde, donec corpus unum sit.

CONFECTIO CASSIÆ.

℞ Cassiæ Pulpæ recentis libram dimidiam,
Mannæ uncias duas,
Tamarindi Pulpæ unciam,
Syrupi Rosæ octarium dimidium;

Mannam contunde; tum, balneo aquoso, in Syrupo liqua; deinde admisce pulpas, et humorem consume, donec idonea fiat crassitudo.

CONFECTIO OPII.

℞ Opii duri contriti drachmas sex,

Piperis longi Fructûs unciam,
Zingiberis Radicis uncias duas,
Carui Seminum uncias tres,
Tragacanthæ contritæ drachmas duas,
Syrupi octarium;

Opium cum Syrupo calefacto contere; tum cætera contrita adjice, et misce.

CONFECTIO PIPERIS NIGRI.

℞ Piperis nigri,
Helenii Radicis, singulorum libram,
Fœniculi Seminum libras tres,
Mellis,
Sacchari purificati, singulorum libras duas;

Arida simul in pulverem subtilissimum tere; dein, adjecto Melle, contunde, donec corpus unum sit.

CONFECTIO ROSÆ CANINÆ.

℞ Rosæ caninæ Pulpæ libram,
Sacchari purificati contriti uncias viginti;

Pulpam, in balneo aquoso, leni calori expone; tum saccharum paulatim adjice, et tere simul, donec corpus unum sit.

CONFECTIO ROSÆ GALLICÆ.

℞ Rosæ Gallicæ Petalorum nondum expli-
catorum, abjectis unguibus, libram,
Sacchari purificati libras tres;

Petala in mortario lapideo contunde; tum adjecto Saccharo, iterum contunde, donec corpus unum sit.

CONFECTIO RUTÆ.

℞ Rutæ Foliorum exsiccatorum,
Carui Seminum,
Lauri Baccarum, singulorum unciam cum semisse,
Sagapeni unciam dimidiam,
Piperis nigri Fructûs drachmas duas,
Mellis despumati uncias sedecim;

Arida simul in pulverem subtilissimum tere; tum, adjecto Melle, omnia misce.

CONFECTIO SCAMMONEÆ.

℞ Scammoneæ Gummi-resinæ contritæ unciam cum semisse,
Caryophyllorum contusorum,
Zingiberis Radicis contritæ, singulorum drachmas sex,
Olei Carui fluidrachmam dimidiam,
Syrupi Rosæ quantum satis sit;

Arida simul in pulverem subtilissimum tere; tum, instillato Syrupo, iterùm tere; dein, adjecto Oleo Carui, omnia misce.

CONFECTIO SENNÆ.

℞ Sennæ Foliorum uncias octo,
Caricæ Fructûs libram,
Tamarindi Pulpæ,
Cassiæ Pulpæ,
Prunorum Pulpæ, singulorum libram dimidiam,
Coriandri Seminum uncias quatuor,
Glycyrrhizæ Radicis uncias tres,
Sacchari purificati libras duas cum semisse;

Sennæ Folia cum Coriandri Seminibus tere, et cribro separa pulveris misti uncias decem. Residuum cum Caricæ Fructû et Glycyrrhizæ Radice ex Aquæ octariis quatuor ad dimidium decoque; deinde exprime, et cola. Liquorem colatum balneo aquoso consume, donec octarius cum semisse ex toto restet; tum, adjecto Saccharo, fiat Syrupus. Denique cum Syrupo Pulpas paulatim contere, et, injecto pulvere cribrato, omnia misce.

PULVERES.

PULVIS ALÖES COMPOSITUS.

℞ Alöes spicatæ Extracti unciam cum se-
misse,
Guaiaci Gummi-resinæ unciam,
Pulveris Cinnamomi compositi unciam
dimidiam;

Alöes Extractum et Guaiaci Gummi-resi-nam separatim in pulverem tere; dein cum Pulvere Cinnamomi composito misce.

PULVIS CINNAMOMI COMPOSITUS.

℞ Cinnamomi Corticis uncias duas,
Cardamomi Seminum unciam cum se-
misse,
Zingiberis Radicis unciam,
Piperis longi Fructûs unciam dimidiam;

Tere simul, ut fiat pulvis subtilissimus.

PULVIS CONTRAJERVÆ COMPOSITUS.

℞ Contrajervæ Radicis contritæ uncias quin-
que,
Testarum præparatarum libram cum se-
misse,

Misce.

PULVIS CORNU USTI CUM OPIO.

℞ Opii duri contriti drachmam,
Cornuum ustorum et præparatorum unciam,
Cocci contriti drachmam;

Misce.

PULVIS CRETÆ COMPOSITUS.

℞ Cretæ præparatæ libram dimidiam,
Cinnamomi Corticis uncias quatuor,
Tormentillæ Radicis,
Acaciæ Gummi, singulorum uncias tres,
Piperis longi Fructûs unciam dimidiam;

Separatim in pulverem subtilissimum tere; dein misce.

PULVIS CRETÆ COMPOSITUS CUM OPIO.

℞ Pulveris Cretæ compositi uncias sex cum semisse,
Opii duri contriti scrupulos quatuor;

Misce.

PULVIS IPECACUANHÆ COMPOSITUS.

℞ Ipecacuanhæ Radicis contritæ,
Opii duri contriti, singulorum drachmam,
Potassæ Sulphatis contritæ unciam;

Misce.

PULVIS KINO COMPOSITUS.

℞ Kino drachmas quindecim,
Cinnamomi Corticis unciam dimidiam,
Opii duri drachmam;

Separatim in pulverem subtilissimum tere; dein misce.

PULVIS SCAMMONEÆ COMPOSITUS.

℞ Scammoneæ Gummi-resinæ,
Extracti Jalapæ duri, singulorum uncias duas,
Zingiberis Radicis unciam dimidiam;

Separatim in pulverem subtilissimum tere; dein misce.

PULVIS SENNÆ COMPOSITUS.

℞ Sennæ Foliorum,
Potassæ Supertartratis, singulorum uncias duas,
Scammoneæ Gummi-resinæ unciam dimidiam,
Zingiberis Radicis drachmas duas;

Scammoneæ Gummi-resinam per se, cætera simul, in pulverem subtilissimum tere; tum misce.

PULVIS TRAGACANTHÆ COMPOSITUS.

℞ Tragacanthæ contritæ,
Acaciæ Gummi contriti,
Amyli, singulorum unciam cum semisse,
Sacchari purificati uncias tres;

Amylum et Saccharum simul in pulverem tere; tum, adjectis Tragacanthâ et Acaciæ Gummi, omnia misce.

PILULÆ.

PILULÆ ALÖES COMPOSITÆ.

℞ Alöes spicatæ Extracti contriti unciam,
Extracti Gentianæ unciam dimidiam,
Olei Carui minima quadraginta,
Syrupi simplicis quantum satis sit;

Simul contunde, donec corpus unum sit.

PILULÆ ALÖES CUM MYRRHA.

℞ Alöes spicatæ Extracti uncias duas,
Croci Stigmatum,
Myrrhæ, singulorum unciam,
Syrupi simplicis quantum satis sit;

Alöes Extractum et Myrrham separatim in pulverem tere; tum omnia simul contunde donec corpus unum sit.

PILULÆ CAMBOGIÆ COMPOSITÆ.

℞ Cambogiæ contritæ drachmam,
Alöes spicatæ Extracti contriti drachmam cum semisse,
Zingiberis drachmam dimidiam,
Saponis drachmas duas;

Misce inter se pulveres; dein, adjecto Sapone, omnia simul contunde, donec corpus unum sit.

PILULÆ FERRI COMPOSITÆ.

℞ Myrrhæ contritæ drachmas duas,
Sodæ Subcarbonatis,
Ferri Sulphatis,
Sacchari, singulorum drachmam;

Tere Myrrham cum Sodæ Subcarbonate; tum, adjectâ Ferri Sulphate, iterum tere; dein omnia simul contunde, donec corpus unum sit.

PILULÆ GALBANI COMPOSITÆ.

℞ Galbani Gummi-resinæ unciam,
Myrrhæ,

Sagapeni, singulorum unciam cum semisse,
Assafœtidæ Gummi-resinæ unciam dimidiam,
Syrupi simplicis quantum satis sit;

Simul contunde, donec corpus unum sit.

PILULÆ HYDRARGYRI.

℞ Hydrargyri purificati drachmas duas,
Confectionis Rosæ Gallicæ drachmas tres,
Glycyrrhizæ Radicis contritæ drachmam;

Hydrargyrum cum Confectione tere, donec globuli non ampliùs conspiciantur; deinde, adjectâ Glycyrrhizæ Radice, omnia simul contunde, donec corpus unum sit.

PILULÆ HYDRARGYRI SUBMURIATIS COMPOSITÆ.

℞ Hydrargyri Submuriatis,
Antimonii Sulphureti præcipitati, singulorum drachmas duas,
Guaiaci Gummi-resinæ contritæ semunciam,
Spiritûs rectificati drachmam dimidiam;

Tere Hydrargyri Submuriatem cum Antimonii Sulphureto præcipitato, dein cum

Guaiaci Gummi-resinâ, et adjice Spiritum, ut fiat idonea crassitudo.

PILULÆ SAPONIS CUM OPIO.

℞ Opii duri contriti unciam dimidiam,
Saponis duri uncias duas;

Simul contunde, donec corpus unum sit.

PILULÆ SCILLÆ COMPOSITÆ.

℞ Scillæ Radicis recèns exsiccatæ et contritæ drachmam,
Zingiberis Radicis contritæ,
Saponis duri, singulorum drachmas tres;
Ammoniaci contriti drachmas duas;

Misce inter se pulveres; deinde cum Sapone contunde, et adjice Syrupi simplicis quantum satis sit, ut idonea fiat crassitudo.

PRÆPARATA EX ANIMALIBUS.

ADEPS PRÆPARATA.

Adipem in frustula concide; tum leni igne liquefactam per linteum exprime.

CORNU USTUM.

Cornuum frusta igne aperto ure, donec penitùs albescant; deinde contere, et præpara eodem modo, quo de Cretâ præceptum est.

SEVUM PRÆPARATUM.

Sevum in frustula concide, tum leni igne liquefactum per linteum exprime.

SPONGIA USTA.

Spongiam in frustula concide, et contunde, ut à rebus alienis adhærentibus separetur; tum in vase ferreo clauso ure, donec nigra et friabilis fiat; denique in pulverem subtilissimum tere.

TESTÆ PRÆPARATÆ.

Testas, sordibus priùs purgatas, aquâ fervente lava; tum præpara eodem modo, quo de Cretâ præceptum est.

EMPLASTRA.

EMPLASTRUM AMMONIACI.

℞ Ammoniaci purificati uncias quinque,
Acidi acetici diluti octarium dimidium;

Liqua Ammoniacum in Acido; dein Liquorem, in vase ferreo, balneo aquoso consume, assiduè movens, donec idonea fiat crassitudo.

EMPLASTRUM AMMONIACI CUM HYDRARGYRO.

℞ Ammoniaci purificati libram,
Hydrargyri purificati uncias tres,
Olei sulphurati fluidrachmam;

Hydrargyrum cum Oleo sulphurato tere donec globuli non ampliùs conspiciantur; deinde paulatim adjice Ammoniacum liquefactum, et omnia misce.

EMPLASTRUM CANTHARIDIS.

℞ Cantharidis in pulverem subtilissimum tritæ libram,
Emplastri Ceræ libram cum semisse,
Adipis præparatæ libram dimidiam;

Emplastro et Adipi simul liquefactis, et ab igne remotis, paulo antequam concrescant, Cantharidem insperge, atque omnia misce.

EMPLASTRUM CERÆ.

℞ Ceræ flavæ,
Sevi præparati, singulorum libras tres,
Resinæ flavæ libram;

Liquefac simul, et cola.

EMPLASTRUM CUMINI.

℞ Cumini Seminum,
Carui Seminum,
Lauri Baccarum, singulorum uncias tres,
Picis abietinæ libras tres,
Ceræ flavæ uncias tres,
Olivæ Olei,
Aquæ, singulorum fluidunciam cum semisse;

Pici et Ceræ simul liquefactis arida in pulverem trita, Oleum Olivæ, et Aquam adjice; tum ad idoneam crassitudinem decoque.

EMPLASTRUM GALBANI COMPOSITUM.

℞ Galbani Gummi-resinæ purificatæ uncias octo,
Emplastri Plumbi libras tres,
Terebinthinæ vulgaris drachmas decem,
Abietis Resinæ contritæ uncias tres;

Galbani Gummi-resinæ et Terebinthinæ simul liquefactis adjice primò Abietis Resinam, deinde Emplastrum Plumbi lento igne liquefactum, atque omnia misce.

EMPLASTRUM HYDRARGYRI.

℞ Hydrargyri purificati uncias tres,
Olei sulphurati fluidrachmam,
Emplastri Plumbi libram;

Hydrargyrum cum Oleo sulphurato tere donec globuli non ampliùs conspiciantur; tum paulatim adjice Emplastrum Plumbi liquefactum, atque omnia misce.

EMPLASTRUM OPII.

℞ Opii duri contriti unciam dimidiam,
Abietis Resinæ contritæ uncias tres,
Emplastri Plumbi libram,
Aquæ octarium dimidium;

Emplastro liquefacto Abietis Resinam, Opium, et Aquam adjice, et lento igne decoque, donec omnia in emplastri crassitudinem cöeant.

EMPLASTRUM PICIS COMPOSITUM.

℞ Picis abietinæ libras duas,
Abietis Resinæ libram,
Resinæ flavæ,
Ceræ flavæ, singulorum uncias quatuor,
Myristicæ Olei expressi unciam,
Olivæ Olei,
Aquæ, singulorum fluiduncias duas;

Pici, Resinæ, et Ceræ, simul liquefactis, primùm Abietis Resinam, dein Oleum Myristicæ, Oleum Olivæ, et Aquam adjice. Denique omnia misce, et ad idoneam crassitudinem decoque.

EMPLASTRUM PLUMBI.

℞ Plumbi Oxydi semivitrei, in pulverem subtilissimum triti, libras quinque,
Olivæ Olei congium,
Aquæ octarios duos;

Coque simul lento igne, assiduè movens, donec Oleum et Plumbi Oxydum in emplastri crassitudinem cöeant. Oportebit autem paululum Aquæ ferventis adjicere, si ea ferè omnis, quæ in principio adhibita est, ante finem coctionis fuerit absumpta.

EMPLASTRUM RESINÆ.

℞ Resinæ flavæ libram dimidiam,
Emplastri Plumbi libras tres;

Emplastro Plumbi, lento igne liquefacto, Resinam contritam adjice, et misce.

EMPLASTRUM SAPONIS.

℞ Saponis duri concisi libram dimidiam,
Emplastri Plumbi libras tres;

Emplastro liquefacto Saponem admisce-tum ad idoneam crassitudinem decoque.

CERATA.

CERATUM CALAMINÆ.

℞ Calaminæ præparatæ,
Ceræ flavæ, singulorum libram dimi-diam,
Olivæ Olei octarium;

Oleum cum Cerâ liquefactâ misce; tum ab igne remove, et, ubi primùm lentescant, Calaminam adjice, et assiduè move, donec refrixerint.

CERATUM CANTHARIDIS.

℞ Cantharidis in pulverem subtilissimum tritæ drachmam,
Cerati Cetacei drachmas sex;

Cerato, igne emollito, Cantharidem ad-jice, et misce.

CERATUM CETACEI.

℞ Cetacei unciam dimidiam,
Ceræ albæ uncias duas,
Olivæ Olei fluiduncias quatuor;

Cetaceo et Ceræ simul liquefactis Oleum

adjice, et spathâ ligneâ move, donec refrixerint.

CERATUM PLUMBI ACETATIS.

℞ Plumbi Acetatis contritæ drachmas duas,
Ceræ albæ uncias duas,
Olivæ Olei octarium dimidium;

Ceram in Olei fluidunciis septem liqua; tum his adjice paulatim Plumbi Acetatem, cum reliquo Oleo separatim contritam, et spathâ ligneâ move, donec cöierint.

CERATUM PLUMBI COMPOSITUM.

℞ Liquoris Plumbi Subacetatis fluiduncias duas cum semisse,
Ceræ flavæ uncias quatuor,
Olivæ Olei fluiduncias novem,
Camphoræ drachmam dimidiam;

Ceram liquefactam cum Olei fluidunciis octo misce; tum ab igne remove, et, ubi primùm lentescant, Liquorem Plumbi Subacetatis paulatim adjice, et assiduè move spathâ ligneâ, donec refrixerint; denique cum his Camphoram, in reliquo Oleo liquatam, misce.

CERATUM RESINÆ.

℞ Resinæ flavæ,

Ceræ flavæ, singulorum libram,
Olivæ Olei octarium;

Resinam et Ceram lento igne simul lique-fac; dein Oleum adjice, et Ceratum adhuc calens per linteum exprime.

CERATUM SABINÆ.

℞ Sabinæ Foliorum recentium contusorum libram,
Ceræ flavæ libram dimidiam,
Adipis præparatæ libras duas;

Adipi et Ceræ simul liquefactis Sabinæ Folia incoque; tum per linteum exprime.

CERATUM SAPONIS.

℞ Saponis duri uncias octo,
Ceræ flavæ uncias decem,
Plumbi Oxydi semivitrei contriti libram,
Olivæ Olei octarium,
Aceti congium;

Coque Acetum cum Plumbi Oxydo, lento igne, assiduè movens, donec in unum cöeant; dein adjice Saponem, et iterùm simili modo coque, donec humor penitùs consumptus fuerit; denique cum his Ceram, ex Oleo priùs liquefactam, misce.

CERATUM SIMPLEX.

℞ Olivæ Olei fluiduncias quatuor,
Ceræ flavæ uncias quatuor;

Ceræ liquefactæ Oleum adjice, et misce.

UNGUENTA.

UNGUENTUM CANTHARIDIS.

℞ Cantharidis in pulverem subtilissimum contritæ uncias duas,
Aquæ destillatæ fluiduncias octo,
Cerati Resinæ uncias octo;

Aquam cum Cantharide decoque ad dimidium, et cola. Liquori colato immisce Ceratum; dein vaporet ad idoneam crassitudinem.

UNGUENTUM CETACEI.

℞ Cetacei drachmas sex,
Ceræ albæ drachmas duas,
Olivæ Olei fluiduncias tres;

Lento igne simul liquefacta assiduè move, donec refrixerint.

UNGUENTUM ELEMI COMPOSITUM.

℞ Elemi libram,
Terebinthinæ vulgaris uncias decem,
Sevi præparati libras duas,
Olivæ Olei fluiduncias duas;

Elemi cum Sevo simul liquefac; tum ab igne remove, et his Terebinthinam et Oleum statim misce; deinde per linteum exprime.

UNGUENTUM HYDRARGYRI FORTIUS.

℞ Hydrargyri purificati libras duas,
Adipis præparatæ uncias viginti tres,
Sevi præparati unciam;

Tere primùm Hydrargyrum cum Sevo et exiguo Adipis, donec globuli non ampliùs conspiciantur; dein adjice Adipis quod reliquum est, et misce.

UNGUENTUM HYDRARGYRI MITIUS.

℞ Unguenti Hydrargyri fortioris libram,
Adipis præparatæ libras duas;

Misce.

UNGUENTUM HYDRARGYRI NITRATIS.

℞ Hydrargyri purificati unciam,

Acidi nitrici fluidrachmas undecim,
Adipis præparatæ uncias sex,
Olivæ Olei fluiduncias quatuor;

Hydrargyrum in Acido primùm liqua; dein liquorem adhuc calentem cum Adipe et Oleo, simul liquefactis, misce.

UNGUENTUM HYDRARGYRI NITRICO-OXYDI.

℞ Hydrargyri Nitrico-oxydi unciam,
Ceræ albæ uncias duas,
Adipis præparatæ uncias sex;

Ceræ et Adipi, simul liquefactis, adjice Hydrargyri Nitrico-oxydum in pulverem subtilissimum tritum, et misce.

UNGUENTUM HYDRARGYRI PRÆCIPITATI ALBI.

℞ Hydrargyri præcipitati albi drachmam,
Adipis præparatæ unciam cum semisse;

Adipi, lento igne liquefactæ, adjice Hydrargyrum præcipitatum, et misce.

UNGUENTUM PICIS NIGRÆ.

℞ Picis nigræ,
Ceræ flavæ,
Resinæ flavæ, singulorum uncias novem,
Olivæ Olei octarium;

Liquefac simul, et per linteum exprime.

UNGUENTUM PICIS LIQUIDÆ.

℞ Picis liquidæ,
Sevi præparati, singulorum libram;

Liquefac simul, et per linteum exprime.

UNGUENTUM SAMBUCI.

℞ Sambuci Florum,
Adipis præparatæ, singulorum libras duas;

Adipi incoque Sambuci Flores, donec friabiles fiant; tum per linteum exprime.

UNGUENTUM SULPHURIS.

℞ Sulphuris sublimati uncias tres,
Adipis præparatæ libram dimidiam;

Misce.

UNGUENTUM SULPHURIS COMPOSITUM.

℞ Sulphuris sublimati libram dimidiam,
Veratri Radicis contritæ uncias duas,
Potassæ Nitratis drachmam,
Saponis mollis libram dimidiam,
Adipis præparatæ libram cum semisse;

Misce.

UNGUENTUM VERATRI.

℞ Veratri Radicis contritæ uncias duas,
Adipis præparatæ uncias octo,
Limonum Olei minima viginti;

Misce.

UNGUENTUM ZINCI.

℞ Zinci Oxydi unciam,
Adipis præparatæ uncias sex;

Misce.

LINIMENTA.

LINIMENTUM ÆRUGINIS.

℞ Æruginis contritæ unciam,
Aceti fluiduncias septem,
Mellis despumati uncias quatuordecim;

Liqua Æruginem in Aceto, et per linteum cola; dein, instillato Melle, ad idoneam crassitudinem decoque.

LINIMENTUM AMMONIÆ FORTIUS.

℞ Liquoris Ammoniæ fluidunciam,

Olivæ Olei fluiduncias duas;

Agita simul, donec misceantur.

LINIMENTUM AMMONIÆ SUBCARBONATIS.

℞ Liquoris Ammoniæ Subcarbonatis fluid. unciam,
Olivæ Olei fluiduncias tres;

Agita simul, donec misceantur.

LINIMENTUM CAMPHORÆ.

℞ Camphoræ unciam dimidiam,
Olivæ Olei fluiduncias duas;

Liqua Camphoram in Oleo.

LINIMENTUM CAMPHORÆ COMPOSITUM.

℞ Camphoræ uncias duas,
Liquoris Ammoniæ fluiduncias sex,
Spiritûs Lavandulæ octarium;

Liquorem Ammoniæ cum Spiritu misce; tum ex retortâ vitreâ, lento igne, destillet octarius; denique in hoc liqua Camphoram.

LINIMENTUM HYDRARGYRI.

℞ Unguenti Hydrargyri fortioris,

Adipis præparatæ, singulorum uncias quatuor,
Camphoræ unciam,
Spiritûs rectificati minima quindecim,
Liquoris Ammoniæ fluiduncias quatuor;

Camphoram primùm cum Spiritû tere, deinde cum Adipe et Urguento Hydrargyri; denique, instillato paulatim Liquore Ammoniæ, omnia misce.

LINIMENTUM SAPONIS COMPOSITUM.

℞ Saponis duri uncias tres,
Camphoræ unciam,
Spiritûs Rosmarini octarium;

Liqua Camphoram in Spiritu; dein Saponem adjice, et macera balneo arenæ, donec liquetur.

LINIMENTUM TEREBINTHINÆ.

℞ Cerati Resinæ libram,
Olei Terebinthinæ octarium dimidium;

Liquefacto Cerato Oleum Terebinthinæ adjice, et misce.

CATAPLASMATA.

CATAPLASMA FERMENTI.

℞ Farinæ libram,
Cerevisiæ Fermenti octarium dimidium;

Misce, et calorem lenem adhibe, donec intumere cœperint.

CATAPLASMA SINAPIS.

℞ Sinapis Seminum,
Lini usitatissimi Seminum, singulorum contritorum libram dimidiam,
Aceti calidi quantum satis sit;

Misce, ut fiat Cataplasmatis crassitudo.

TABULA

OSTENDENS QUA RATIONE OPIUM, ET PRÆPARATA QUÆDAM EX ANTIMONIO, ARSENICO, ET HYDRARGYRO, IN MEDICAMENTIS QUIBUSDAM COMPOSITIS CONTINENTUR.

CONFECTIO Opii in granis circiter sex et triginta continet Opii granum.

Hydrargyrum cum Creta in granis circiter tribus continet Hydrargyri granum.

Linimentum Hydrargyri in drachmis circiter sex continet Hydrargyri drachmam.

Liquor arsenicalis in fluidrachmis duabus continet Arsenici albi sublimati granum.

Liquor Hydrargyri Oxymuriatis in fluidunciis duabus continet Hydrargyri Oxymuriatis granum.

Pilulæ Hydrargyri in granis tribus continent Hydrargyri granum.

Pilulæ Hydrargyri Submuriatis compositæ in granis circiter quatuor continent Hydrargyri Submuriatis granum.

Pilulæ Saponis cum Opio in granis quinque continent Opii granum.

Pulvis Cornu usti cum Opio in granis decem continet Opii granum.

Pulvis Cretæ compositus cum Opio in scrupulis duobus continet Opii granum.

Pulvis Ipecacuanhæ compositus in granis decem continet Opii granum.

Pulvis Kino compositus in scrupulo continet Opii granum.

Vinum Antimonii tartarizati in fluidrachmis quatuor continet Antimonii tartarizati granum.

Unguentum Hydrargyri fortius in drachmis duabus continet Hydrargyri drachmam.

Unguentum Hydrargyri mitius in drachmis sex continet Hydrargyri drachmam.

INDEX

NOMINUM NOVORUM,

OSTENDENS AD QUOD PRIORIS PHARMACOPŒIÆ NOMEN QUODQUE PERTINET.

NOMINA NOVA.	NOMINA PRIORA.
A.	
Acidum aceticum dilutum.	Acidum aceticum.
——— arseniosum.	Oxydum Arsenici album.
Arsenicum album.	Arsenici Oxydum.
——— ——— sublimatum.	Arsenici Oxydum sublimatum.
C.	
Calumba.	Calumbæ *Radix.*
Cantharis.	Lytta.
Cantharis vesicatoria.	Lytta Vesicatoria.
Ceratum Cantharidis.	Ceratum Lyttæ.
——— Plumbi Acetatis.	——— Plumbi Superacetatis.
Cucumis Colocynthis, *Peponum pulpa.*	Cucumis Colocynthis, *Pomorum pulpa.*

E.

Elaterii *Pepones.*	Elaterii *Poma.*
Emplastrum Cantharidis.	Emplastrum Lyttæ.

I.

Infusum Lini compositum.	Infusum Lini.
——— Rosæ compositum.	——— Rosæ.
——— Sennæ compositum.	——— Sennæ.

M.

Magnesiæ Subcarbonas.	Magnesiæ Carbonas.
Marmor album.	Lapis calcarius.
Matonia Cardamomum.	Elettaria Cardamomum.

P.

Pix abietina.	Pix arida.
—— nigra.	Resina nigra.
Plumbi Acetas.	Plumbi Superacetas.

T.

Tinctura Cantharidis.	Tinctura Lyttæ.

V. U.

Vinum Antimonii tartarizati.	Liquor Antimonii tartarizati.
Unguentum Cantharidis.	Unguentum Lyttæ.
———— Picis nigræ.	———— Resinæ nigræ.

INDEX

NOMINUM PRIORUM,

OSTENDENS AD QUOD HUJUS VOLUMINIS NOMEN QUODQUE PERTINET.

NOMINA PRIORA.	NOMINA NOVA.
A.	
Acidum aceticum.	Acidum aceticum dilutum.
Arsenici Oxydum.	Arsenicum album.
———————— sublimatum.	Arsenicum album sublimatum.
C.	
Calumbæ *Radix.*	Calumba.
Ceratum Lyttæ.	Ceratum Cantharidis.
———— Plumbi Superacetatis.	———— Plumbi Acetatis.
Cucumis Colocynthis, *Pomorum Pulpa.*	Cucumis Colocynthis, *Peponum Pulpa.*
E.	
Elaterii *Poma.*	Elaterii *Pepones.*

o 2

Elettaria Cardamomum.	Matonia Cardamomum.
Emplastrum Lyttæ.	Emplastrum Cantharidis.
I.	
Infusum Lini.	Infusum Lini compositum
——— Rosæ.	——— Rosæ compositum.
——— Sennæ.	——— Sennæ compositum.
L.	
Lapis calcarius.	Marmor album.
Liquor Antimonii tartarizati.	Vinum Antimonii tartarizati.
Lytta.	Cantharis.
Lytta vesicatoria.	Cantharis vesicatoria.
M.	
Magnesiæ Carbonas.	Magnesiæ Subcarbonas.
O.	
Oxydum Arsenici album.	Acidum arseniosum.
P.	
Pix arida.	Pix abietina.
Plumbi Superacetas.	Plumbi Acetas.
R.	
Resina nigra.	Pix nigra.
T.	
Tinctura Lyttæ.	Tinctura Cantharidis.
V. U.	
Unguentum Lyttæ.	Unguentum Cantharidis.
——— Resinæ nigræ.	Unguentum Picis nigræ.

INDEX

MEDICAMENTORUM.

A.

PAG.
ACETUM Colchici 107
———— Scillæ 107
Acidum aceticum dilutum 25
——— benzoïcum 25
——— citricum 26
——— muriaticum 26
——— nitricum 27
——— nitricum dilutum 27
——— sulphuricum dilutum 28
——— tartaricum 28
Adeps præparata 126
Æther rectificatus 103
——- sulphuricus 102
Alcohol 85
Alumen exsiccatum 36
Ammoniæ Subcarbonas 29
Antimonii Sulphuretum præcipitatum 39
Antimonium tartarizatum 40
Aqua Anethi 60
—— Carui 61

PAG.
Aqua Cinnamomi 61
—— destillata 60
—— Fœniculi 61
—— Menthæ Piperitæ 61
—— Menthæ viridis 62
—— Pimentæ 62
—— Pulegii 62
—— Rosæ 63
Argenti Nitras 41
Arsenicum album sublimatum 41

B.

Bismuthi Subnitras 42

C.

Calamina præparata 53
Calcis Murias 37
Calx 37
—— e testis 37
Cataplasma Fermenti 142
———— Sinapis 142
Ceratum Calaminæ 132
———— Cantharidis 132
———— Cetacei 132
———— Plumbi Acetatis 133
———— Plumbi compositum 133
———— Resinæ 133
———— Sabinæ 134
———— Saponis 134
———— simplex 135
Confectio Amygdalarum 115
———— aromatica 115

PAG.
Confectio Aurantiorum........................ 116
——— Cassiæ........................ 116
——— Opii........................ 116
——— Piperis nigri........................ 117
——— Rosæ caninæ........................ 117
——— Rosæ Gallicæ........................ 118
——— Rutæ........................ 118
——— Scammoneæ........................ 118
——— Sennæ........................ 119
Cornu ustum........................ 127
Creta præparata........................ 38
Cuprum ammoniatum........................ 43

D.

Decoctum Alöes compositum........................ 69
——— Cinchonæ........................ 70
——— Cydoniæ........................ 70
——— Dulcamaræ........................ 70
——— Hordei........................ 70
——— Hordei compositum........................ 71
——— Lichenis........................ 71
——— Malvæ compositum........................ 71
——— Papaveris........................ 72
——— Quercûs........................ 72
——— Sarsaparillæ........................ 72
——— Sarsaparillæ compositum........................ 72
——— Senegæ........................ 73
——— Veratri........................ 73
——— Ulmi........................ 73

E.

Emplastrum Ammoniaci........................ 127

PAG

Emplastrum Ammoniaci cum Hydrargyro 128
——— Cantharidis 128
——— Ceræ 128
——— Cumini 129
——— Galbani compositum 129
——— Hydrargyri 130
——— Opii 130
——— Picis compositum 130
——— Plumbi 131
——— Resinæ 131
——— Saponis 131
Extractum Aconiti 74
——— Alöes purificatum 74
——— Anthemidis 75
——— Belladonnæ 75
——— Cinchonæ 75
——— Cinchonæ resinosum 76
——— Colocynthidis 76
——— Colocynthidis compositum 76
——— Conii 77
——— Elaterii 77
——— Gentianæ 78
——— Glycyrrhizæ 78
——— Hæmatoxyli 78
——— Humuli 79
——— Hyoscyami 79
——— Jalapæ 79
——— Lactucæ 80
——— Opii 80
——— Papaveris 80
——— Rhei 81
——— Sarsaparillæ 81
——— Stramonii 81
——— Taraxaci 82

F.

PAG.
Ferri Subcarbonas 44
—— Sulphas........................... 44
Ferrum ammoniatum 43
——— tartarizatum........................... 45

G.

Gummi-resinæ........................... 57

H.

Hydrargyri Nitrico-oxydum........................... 47
——— Oxydum cinereum 48
——— Oxydum rubrum........................... 48
——— Oxymurias 48
——— Submurias........................... 50
——— Sulphuretum nigrum........................... 51
——— Sulphuretum rubrum 51
Hydrargyrum cum Creta 47
——— præcipitatum album........................... 49
——— purificatum........................... 50

I.

Infusum Anthemidis 63
——— Armoraciæ compositum........................... 63
——— Aurantii compositum........................... 64
——— Calumbæ........................... 64
——— Caryophyllorum........................... 64
——— Cascarillæ........................... 65
——— Catechu compositum........................... 65
——— Cinchonæ 65

PAG.

Infusum Cuspariæ 65
——— Digitalis 66
——— Gentianæ compositum 66
——— Lini compositum 66
——— Quassiæ 67
——— Rhei 67
——— Rosæ compositum 67
——— Sennæ compositum 68
——— Simaroubæ 68
——— Tabaci 68

L.

Linimentum Æruginis 139
——— Ammoniæ fortius 139
——— Ammoniæ Subcarbonatis 140
——— Camphoræ 140
——— Camphoræ compositum 140
——— Hydrargyri 140
——— Saponis compositum 141
——— Terebinthinæ 141
Liquor Aluminis compositus 36
——— Ammoniæ 29
——— Ammoniæ Acetatis 30
——— Ammoniæ Subcarbonatis 30
——— Arsenicalis 42
——— Calcis 37
——— Calcis Muriatis 38
——— Cupri ammoniati 43
——— Ferri alkalini 45
——— Hydrargyri Oxymuriatis 49
——— Plumbi Subacetatis 52
——— Plumbi Subacetatis dilutus 52
——— Potassæ 30
——— Potassæ Subcarbonatis 31

M.

PAG.
Magnesia 38
Magnesiæ Subcarbonas 38
Mel Boracis 108
—— despumatum 108
—— Rosæ 108
Mistura Ammoniaci 82
——— Amygdalarum 82
——— Assafœtidæ 83
——— Camphoræ 83
——— Cornu usti 83
——— Cretæ 83
——— Ferri composita 84
——— Guaiaci 84
——— Moschi 85
Mucilago Acaciæ 68
——— Amyli 69

O.

Oleum Æthereum 104
—— Amygdalarum 58
—— Anisi 59
—— Anthemidis 59
—— Carui 59
—— Juniperi 59
—— Lavandulæ 59
—— Lini 58
—— Menthæ piperitæ 59
—— Menthæ viridis 59
—— Origani 59
—— Pimentæ 59
—— Pulegii 59

PAG.
Oleum Ricini 58
——— Rosmarini 59
——— Succini 60
——— sulphuratum 54
——— Terebinthinæ rectificatum 60
Oxymel Scillæ 109
——— simplex 108

P.

Pilulæ Alöes compositæ 123
——— Alöes cum Myrrha 123
——— Cambogiæ compositæ 124
——— Ferri compositæ 124
——— Galbani compositæ 124
——— Hydrargyri 125
——— Hydrargyri Submuriatis compositæ 125
——— Saponis cum Opio 126
——— Scillæ compositæ 126
Plumbi Acetas 51
Potassa fusa 31
——— cum Calce 31
Potassæ Acetas 32
——— Carbonas 32
——— Subcarbonas 33
——— Sulphas 33
——— Sulphuretum 54
——— Supersulphas 33
——— Tartras 34
Pulvis Alöes compositus 120
——— Antimonialis 41
——— Cinnamomi compositus 120
——— Contrajervæ compositus 120
——— Cornu usti cum Opio 121

PAG.

Pulvis Cretæ compositus 121
—— Cretæ compositus cum Opio 121
—— Ipecacuanhæ compositus 121
—— Kino compositus 122
—— Scammoneæ compositus 122
—— Sennæ compositus 122
—— Tragacanthæ compositus 123

S.

Sevum præparatum 127
Soda tartarizata 36
Sodæ Carbonas 34
—— Subcarbonas 35
—— Subcarbonas exsiccata... 35
—— Sulphas 35
Spiritus Ætheris aromaticus 104
—— Ætheris nitrici 104
—— Ætheris sulphurici 105
—— Ætheris sulphurici compositus 105
—— Ammoniæ 86
—— Ammoniæ aromaticus 86
—— Ammoniæ fœtidus 86
—— Ammoniæ succinatus 86
—— Anisi 87
—— Armoraciæ compositus 87
—— Camphoræ 88
—— Carui 88
—— Cinnamomi 88
—— Colchici ammoniatus 88
—— Juniperi compositus 89
—— Lavandulæ 89
—— Lavandulæ compositus 89
—— Menthæ Piperitæ 90
—— Menthæ viridis 90

PAG.
Spiritus Myristicæ 90
——— Pimentæ.......................... 91
——— Pulegii.......................... 91
——— Rosmarini.......................... 91
Spongia usta.......................... 127
Sulphur lotum.......................... 54
——— præcipitatum.......................... 54
Syrupus Althææ.......................... 109
——— Aurantiorum.......................... 110
——— Croci.......................... 110
——— Limonum.......................... 110
——— Mori.......................... 110
——— Papaveris.......................... 111
——— Rhamni.......................... 111
——— Rhœados.......................... 112
——— Rosæ.......................... 112
——— Sarsaparillæ.......................... 113
——— Sennæ.......................... 113
——— simplex.......................... 114
——— tolutanus.......................... 114
——— Zingiberis.......................... 114

T.

Testæ præparatæ.......................... 127
Tinctura Aloës.......................... 92
——— Aloës composita.......................... 92
——— Assafœtidæ.......................... 93
——— Aurantii.......................... 93
——— Benzoïni composita.......................... 93
——— Calumbæ.......................... 93
——— Camphoræ compositæ.......................... 94
——— Cantharidis.......................... 94
——— Capsici.......................... 94
——— Cardamomi.......................... 94

PAG.

Tinctura Cardamomi composita 94
——— Cascarillæ 95
——— Castorei........ 95
——— Catechu 95
——— Cinchonæ........ 96
——— Cinchonæ ammoniata 96
——— Cinchonæ composita 96
——— Cinnamomi........ 97
——— Cinnamomi composita........ 97
——— Digitalis 97
——— Ferri ammoniati 46
——— Ferri Muriatis........ 46
——— Gentianæ composita........ 97
——— Guaiaci 98
——— Guaiaci ammoniata........ 98
——— Hellebori nigri........ 98
——— Humuli 99
——— Hyoscyami........ 99
——— Jalapæ 99
——— Kino 99
——— Myrrhæ 99
——— Opii 100
——— Rhei........ 100
——— Rhei composita 100
——— Scillæ 101
——— Sennæ 101
——— Serpentariæ 101
——— Valerianæ 102
——— Valerianæ ammoniata........ 102
——— Zingiberis........ 102

V.

Vegetabilia 55
Vegetabilium Præparatio........ 56

PAG.
Vinum Aloës 105
—— Antimonii Tartarizati 40
—— Colchici 106
—— Ferri 46
—— Ipecacuanhæ 106
—— Opii 106
—— Veratri 107
Unguentum Cantharidis 135
———— Cetacei 135
———— Elemi compositum 136
———— Hydrargyri fortius 136
———— Hydrargyri mitius 136
———— Hydrargyri Nitratis 136
———— Hydrargyri Nitrico-oxydi 137
———— Hydrargyri præcipitati albi 137
———— Picis liquidæ 138
———— Picis nigræ 137
———— Sambuci 138
———— Sulphuris 138
———— Sulphuris compositum 138
———— Veratri 139
———— Zinci 139

Z.

Zinci Oxydum 53
—— Sulphas 53

FINIS.

Londini:—Typis G. Woodfall, Angel Court, Skinner Street.

